Est 33
N 98

R. 9
116

A. 10. Cdo. 1.

BARTOLI SAXOFERRATEI

VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.

IN SECVNDAM INFOR. PARTEM, PRÆLECTIONES AD

Immensum auctæ, summa ope, ac studio recognitæ, forma specieque longè venustissimæ: atque, vt semel dictum sit, omnium vt postremæ, ita absolutissimæ & integerrimæ. Quibus excudendis, nec fidelissimorum, omne genus Exemplarium copia, nec Doctiss. hominum defuit irrequieta sedulitas.

Lege, expende, pereant, ni iuuent ac placeant.

LVGDVNI AD CANDENTIS SALAmandræ insignæ, in vico Mercenario promercales habentur.

Cum Priuilegio.

Anno. 1546

Rubricæ huius voluminis.

¶ Ad legem falcidiam.fo.131.
Ad senatusconsultum trebellianum.fo.131.
Ad senatusconsultum tertullianum.fo.187.
Adimendis legatis.fo.100.
Alimentis & cibarijs legatis.fo.87.
Annuis legatis.fo.67.
Assignandis liberis.fo.185.
Auro & argento legato.fo.93.
¶ Bonis libertorum.fo.184.
Bonorum possesionibus.fo.162.
Bonorum possesione furioso, infanti, muto, surdo, ceco competenti.fo.164.
Bonorum possesione contratabulas.fo.165.
Bonorum possesione secundum tabulas.fo.179.
Bonorum posses. ex testamento militis.fo.192.
¶ Carboniano edicto.fo.177.
Collatione bonorum.fo.170.
Collatione bonorum dotis.fo.174.
Conditionibus & demonstrationibus.fo.114.
Coniungendis cum emancipato liberis.fo.175.
¶ Dote prælegata.fo.75.
¶ Fundo instructo, & instrumento legato.fo.80.
¶ Gradibus affinitatis.fo.185.
¶ His quæ pœnæ causa relinquuntur.fo.108.
His quæ pro non scriptis habentur.fo.110.
His quibus vt indignis.fo.110.
¶ Iure patronatus.fo.182.
Legatis.j.fo.29.
Legatis.ij.fo.29.
Legatis.iij.fo.50.
Legatis præstandis contratabu. bonorum possesione petita.fo.169.
Liberatione legata.fo.96.
¶ Obsequijs à libertis patrono præstandis.fo.183.
Operis libertorum.fo.183.
Optione legata.fo.78.
¶ Peculio legato.fo.84.
Penu legata.fo.85.
¶ Quando dies legati cedat.fo.157.
¶ Rebus dubijs.fo.103.
Regula catoniana.fo.109.
¶ Seruitute legata.fo.74.
Si cui plus quàm per legem falcidiam.fo.141.
Si tabulæ testamenti nullæ extabunt.fo.164.
Si à parente quis fuerit manumissus.fo.182.
Si quid in fraudem patroni factum sit.fo.185.
Si tabulæ testamenti nullæ extabunt.fo.185.
Successorio edicto.fo.185.
Suis & legitimis hære.fo.186.
Supellectili legata.fo.86.
¶ Ventre in possesionem mittendo.fo.175.
Vino, tritico, & oleo legato.fo.80.
Vnde cognati.fo.185.
Vnde legitimi, & vnde aguati.fo.185.
Vnde liberi.fo.185.
Vsufructu legato.fo.70.
Vt legatorum seu fideicõmissorum nomine caueatur.fol.159.
Vt in possesionem legatorum esse liceat.fo.160.

FINIS.

BARTOLI SAXOFERRATEI IN SECVNDAM INFORTIATI Partem Prælectiones lōgè Luculentissimæ, & omnium ut postremæ, ita multò castigatissimæ.

Bartolus. I. V. D.

Delegatis primo. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Plura exæquata adinuicē importāt q illud qđ una res hꝫ plus altera, sit attributa alteri.*
2 *Res una si adæquatur ad aliam, tunc rei adæquatæ attribuitur quicquid est plus iuris ad eam ad quam fit adæquatio.*
3 *Statutum quòd exæquata sit conditio nobiliū, & populariū, qualiter intelligatur?*
4 *Legare de iure antiquißimo legata, institutiones, fideicommissa, tutelas, & omnia in testamento comprehensa complectitur.*
Legata de iure antiquo ꝓpriè dicuntur quæ relinquūtur ab hærede in testamento.
Legata fideicōmißis fuerunt exæquata de iure eorum, & de iure. C. adæquata.
5 *Legata particularia sunt exæquata fideicōmis. particularibus.*
Fideicōmissa uniuersalia legatis uniuersalibus: non uniuersalia particularibus sunt exæquata. numero. 8.
6 *Testator super quibus rebus poßit disponere prout uult?*
7 *Libertas directò seruo alieno non datur. & ibi ponitur ratio.*
8 *Fideicō. uniuersalia, & legata particularia quomodo differant.*
9 *Fideicōmissum uniuersale relictū fratribus minoribus nō ualet: particulare relictū sic.*
10 *Legata particularia in quibus sint exæquata fideicōmißis particularibus?*
11 *Actio personalis in testamento pro quibus legatis competat?*
Officium iudicis competit pro legatis, quæ alterius utilitatem non continent, sed solum pertinent ad seruandum honorem testatoris.
12 *Actio in rem quādo, & quibus casibus cōpetat pro legatis uel fideicōmißis?*
13 *Actio hypothecaria pro legatis qualiter, & quando competat.*
14 *Actio personalis seu hypothecaria, & in rem quomodo possunt pro legato concurrere?*

LEX I.

a * PEr omnia exæquata.[a] Dicit tex. fideicōmissis. s. singularibus & pecuniarijs, seu particularib⁹. Dy. vel dic fideicōmissis in qbus circuit⁹ erat inutilis secūdùm Pet. tu dic ꝙ legata singularia sunt exęquata fideicōmissis singularib⁹, & vniuersalia vniuersalibus p omnia: non aūt particularia vniuersalibus. ¶ Opp. quòd non per oīa sint exęquata: imo differunt in quatuor. Solue, & vide glo. Præterea si hęc lectu. esset vera, Iustinianus seruiuisset nobis de vēto ī. l. ꝗ. C. communia de leg. vbi exequat. legata & fideicōmissa. ꝓpter q̄ dicit Iaco. de are. quòd p hāc. l. vires legatorū sunt attributę fideicōmissis, nō ecōtra nisi hodie p Iustinianum in. d. l. ij. C. cōmunia de leg. et instit. eo. §. nostra autē. sed hæc nō placet: qa est cōtra hūc text. magis em̄ sonat quòd vires fideicōmissorū sint attributæ legat † ¶ Pro cuius declaratiōne[b] sciendū est quòd
1 quādoq; plura adęquanẗ, seu exęquantur ad inuicem: & tunc hoc importat quòd illud quod vna res habet plus q̄ꝫ altera attribuaẗ alteri: & econuerso, vt l. ij. C. cōmunia delega. & d. §. nostra autē. & s. si qs omis. cau. test. l. qa autē. ver. si verò non inciderit. & C. de suis & legi. here. authē. in successione. et quod ibi not. in gl. et in authen. de hær. ab intesta. veni. §.
2 si verò neq; fratres. & quod ibi not. quādoq; † vna res adęquaẗ ad aliā: et tūc illi rei ad quā fit adęquatio nihil adijciẗ, sed rei adæquatæ attribuiẗ qcquid est plus iuris ī ea ad quā fit adęquatio. exēplū Princeps adęquat sibi augustā: hoc est priuilegia sua dat augustæ., vt. l. princeps. s. de legi. Itē conditio mulierum æqparaẗ masculis, vt. l. maximū vitiū. C. de libe. pter. hoc est iura masculorū habēt locū in fœminis. ¶ Nunc ad ꝓpositū cū hîc legata adæquanẗ fideicōmissis, nō pōt intelligi ꝙ iura legatorū fideicōmissis dent̃ sed magis ecōtra sonat: vñ hęc expositio nō
3 est bōa. ¶ Et faciūt † p̄dicta ad q̄stio. In ciuitate quadā fuit factū statutū ꝙ exæquata sit cōditio nobiliū & populariū. qd importēt ista verba? cerè inspicienda sunt verba aut adæquantur adinuicem: aut adæquatur vnus alteri, vt ex prædictis patet. vnde ego dico esse intelligendum quòd quicquid plus commodi habēt nobiles ttahitur ad populares. & ecōtra. & hoc dicit text. l. ij. C. cōmunia de leg. & §. sed non vsq; insti. e. titu. & authē. in successiōe. C. de suis & legi. hære. & in authen. de hęre. ab intes. §. si verò neq; fratres. & an qualibet earū no. & hoc si statutū pariter dispōit sup vtroq;. vt posui in. q. Si verò nō dispōeret pariter: sed dicere volumus ꝙ nobiles æquiparentur popularib⁹ tūc ex psona nobiliū nihil haberent populares: sed nobiles tm̄ ex psona populariū. arg. l. princeps. s. de legi. & C. de libe. præt. l. maximum. ¶ Nūc reintro gl. quę soluit sic: qa circa hoc cōsyderāda sunt tria iura. ius antiquū, secūdùm qđ erāt dictæ differentiæ. Media iuris prudētia de qua loquiẗ hîc quæ est hodie approbata p Iustinianū. vt. d. l. ij. C. cōmunia de lega. & d. §. nostra aūt. Hæc solu. sapit veritatē. tu tm̄ clarius dicas ꝙ quatuor sunt iura.
4 Primū † est, ius antiquissimū, secundū qđ illud verbum legare, est gn̄alissimū. et cōprehēdebat legata, institutiōes, et fideicō. tutelę dationes, et oīa relicta, vt. l. verbis legis. ff. de ver. signifi. ¶ Secundū fuit ius antiquū, secūdū qđ significatio huius verbi est coartata, et restricta: vt. d. l. verbis legis. in fi. & propriè legata intelliguntẗ q̄ relinquuntur ab hęrede in testamēto. & secundū illud ius sunt illæ quatuor differē-

a ¶ Per omnia exęquata. Adde gloriosæ virginis Mariæ, p̄sidio inuocato, inquantū Alex. in euidētiali. primo videẗ residere ꝙ verbū lego, sit aptum cōprehendere īstitutionē hæredis. allegando Ang. consi. clxiij. inci. in Dei, noīe dictus libellus. ꝙ eo numero in impressione Veneta incipit, mechus vitalis de spoleto. nec de verbo lego fit mentio: sed consil. clxviij. inci. testator ī vltimis verbis dicit, & verbū legā di pōt institutionē īportare. vt. d. l. verbis legis. ff. de verbo. signi. nec plus dicit. cōsil vero. clxviij. incip. do. Quiricus. alti⁹ exordiẗ. & refert opi. vltramontanorū. tamen quæ opi. sit verior non decido. de quo vide pulchrè Bald. cōsil. x. inci. ī Christi noīe, sup primo pūcto. iiij. li. & Lu. Roma. cōs. clxxix. & inquantū etiam Alexā. de dictis verbis in oībus & per omnia alleg. Ang. cōs. vj. adde eundē Ang. cōs. lxj. ī fine. vbi ponit de quodām statuto Florētiæ disponēte ꝙ qlibet iudex quo ad executionē sententiarū consulū habeat ī oīb⁹, & p oīa eandē ptātē quam habet potestas Florentiæ, & vide etiā per eundē cōsi. cxiiij. & p Bald. cōsil. cxiiij. v. libr. vbi dicitur an stante vno statuto ꝙ possessio defuncti transeat in hæredem, & alio quòd cessionarius habeaẗ ī omnibus et p omnia loco cedētis. si cessionari⁹ qui habebat causam ab hærede creditoris habentis bona debitoris obligata cū cōstitutionē alienatā per debitorē propria authoritate ingressus fuerit, an pœnā mereatur. Vide etiam Roma. cons. lxxxij. vbi dicit de his, verbis, in omnibus et per oīa esse meliorem tex. qui sit in iure in. l. ij. §. furiosus. ff. de iure codi. & vide pulchrè Old. cons. ccc. incip. tactū tale est. inquantū etiā tangit Alexan. an castrum vnitū ciuitati debeat regi statutis ciuitatis: vide pulchrè quod cōsuluit Ro. ī ciuitate Pisarū vnita Florētiæ. cōsi. ccxviij. inquātū ēt tāgit an ciuis vigore statuti sit vere ciuis. vide Bar. consi. xxij. Bar. landria.

* Pro cōcordia Aduerte, quòd rei vēdicatio. & etiā hypothecaria pro re testatoris mihi obligata, pro illa eadē re non mihi cōpetit. ita tenet Bar. in. l. j. C. cōia de legat. Contrariari sibi allegaẗ. ī hac. l. j. & in. l. fi. C. de sac. sanc. eccl. Tu dic salua pace hoc dicētiū, Bart. nō simpliciter dicit, ꝙ competat regulariter ꝓut est eius natura, sed dicit ꝙ cōpetit dn̄iū de iure speciali: & sic cōpetit de iure speciali saltē vtilis hypot. nō directa. & ita loquiẗ in. d. l. j. C. cōmu. de le. Et cū hac solutio. vltra dicta. Christ. de Nicellis trāseūt cęteri nouissimi ī hac. l. j. & ita etiā Bar. vr̄ sentire ī. d. l. fi. q nō firmat pedē, sed solū allegat opi. Albe. Et licet cū ea videaẗ trāsire: tn̄ debet intelligi vt ipse se declarat ī hac. l. j.

b ¶ Pro cuius declaratione. Et vide Bar. in. l. j. §. si cohæredē. ī. ad leg. fal. l. j. C. de metrop. lib. xj. canoni. ī. c. j. extra ne sede vacā. An autem q̄ sunt idē

dicātur exęquari,an verò sint diuersa.Pet.dicit quòd sunt diuersa. pro quo
facit glo.in.l.ꝙ nerua.š.deposi.alij cōtrarium tenent, potest dici quòd ante
exęquationē sunt diuersa, post sunt idem quo ad essentiā, non quo ad no-
men. Dy. quem sequitur Bald. dicit quòd officio iudicis. l. pecuniæ.§.j.de
ver.obli.Andræ.Barba.

a tię quę ponūtur in glo. Tertiū[a] ius fuit digestorū,se-
cūdùm quòd exęquata sunt legata fideicōmisis.vt
hîc. Itē fideicōmissa legatis.hoc aūt nō habemus be-
ne expressum p regulā:sed ex multis legib9 digesto
rum colligit,maximè.j.de leg.iij.l.si res.vbi pro fidei
commisso datur actio,sicut pro legato.Est quartum
ius vbi hoc est expressum,& declaratū:scilicet quòd
fuerunt adæquata fideicommissa legatis, & legata
fideicō. per Iustinianū.vt.d.l.j. C.cōmunia de lega.
& insti. de leg.§.nostra aūt.aliæ duæ.solu.ponuntur
in gloss.quæ nihil faciūt ideo nō recito eas.¶ Opp.
ij.quòd ad huc hodie sit differentia inter legata & fi.
deicōmissa,vt patet in libertate directa, & fideicom.
& in hæreditate.Et similiter solu.gloss.quòd illa dif-
ferentia est hodie quo ad nomen:nō quo ad effectū.
vide gloss. Istam solu. tenet glos. insti. eo.§. sed non
vsq;.&.C.cōmunia de lega.l.ij.in glo.super verbo,in
rem. dū dicit quòd est correcta.l.generaliter.ff.de fi-
deicōmis. liber.§.fi.&.l.cum verò.§. apparet.eo.titu.
Istud reprehendūt omnes.Dy.Iaco.de are.& vltra-
mon. & Cy.etiā refert in.d.l.ij.nam etiā secūdùm tē-
pora Iustiniani est differētia in effectu iuris inter li-
bertatē directā.& fideicōmissariam:vt.l.fi.C.de ma-
nu.test.&.l.peñ. C.de fideicō.liber. &.l.fina. vbi no.
C.qui ma.non poss. Item inter fideicōmissariam hę
reditatē,& legata hodie est differentia: vt.l.fin.C.ad
trebel.Istud vltimum videtur tenere glo.hîc.vt.j.di-
cam.ideo docto.moderni (vt cesset hoc) addiderunt
ad istam.l. illud quod dixi legēdo liter.sā.exequata
esse legata fideicōmisis,scilicet singularibus, & pe-
cuniarijs, scundùm Dy. Ideo dicit singularibus, vt
tollat contrariū de fideicomisso vniuersali.Ideo aūt
dicit pecuniarijs,vt tollat contrariū de fideicōmissa-
ria libertate. Sed hoc nō placet:vt.j.dicam. Pet.verò
hîc dicit fideicōmisis:scilicet in quibus circuitus erat
inutilis,vt tollat contrariū de fideicōmissaria liberta
te,in qua circuitus est vtilis, ppter ius patronatus:&
de fideicōmissaria hęreditate in qua circuitus est vti
lis,propter retentionē quartæ. Hoc tamen non pla-
cet:quia si legatarius de manu hæredis capere debe-
ret,posset esse vtilitas hęredis,propter multa.Primò
propter retētionem seruitutis, vel alterius iuris, vt.l.
papinianus.ff.de serui.&.l.si seruus titij.j.eod.item qa
fortè posset soluere alteri ad euadēdam pœnam ad
quam fortè tenebatur,vt.l. Imperator. §.j. j. titul.j.
5 ¶ † Vnde ergo indistinctè dico tria. s.quòd legata
particularia sunt exæquata fideicōmisis particula-
ribus: & econtra per oīa.Secūdò quòd fideicōmissa
vniuersalia & legata vniuersalia sunt exæquata in
omnibus & per omnia. Tertiò quòd fideicōms.vni-
uersalia non sunt exæquata legatis singularibus, &
econuerso. Prima regula probatur hîc, & in.d.l.ij.&
in.d.§.nostra aūt.Non ob.quod dicit de fideicōmis-
saria libertate,quia pro huius declaratione debemus
6 scire quòd nos habemus tria iura. Quædā † verè, &
realiter,vt dñiū rerum nostrarū: & in istis pōt testa-
tor disponere prout vult,siue p legata, siue per fidei
commissa.& trāsit recta via:& actiones sunt eedē,&
similia.Quędā non habemus verè, sed causatiuè,qa
immediatè à nobis possumus producere,vt dñs licet
non habeat vsumfructū, vel seruitutē in fundo suo:
tamen pōt eum immediatè cōstituere cui vult, & in
istis est idē:quia pōt testator trāsferre in aliū, & im-
mediatè,siue p legatū siue per fideicōmissum vt.l.si
partem.§.j.quēadmo.ser.amit.& not.in.l.corruptio-
nem.C.de vsufru.Quędā sunt q̄ non habemus verè,
nec causatiuè,ita quòd immediatè nō possumus pro
ducere,nisi p media: vt si vellē tibi dare rem alienā:
non possum, nisi redimā ab illo, vel ille cōsentiat. &
in istis siue directò,siue p fideicōmissum testor relin
quat,nūquàm trāsfertur directò, sed per manū hęre
dis:vt si legaret, vel p fideicōmissū relinqret rem hę
redis,secundū veram opi.vel rem alterius redimēdā,
vt.l.si hęredis seruus.&.l.si qs inqlinos.§.j.j.e.&.l.nō

7 dubiū.j.de leg.iij.Et † iō dicit.l. ꝙ seruo alieno nō pōt dari libertas directò,vt
l.seruo.C.de ma.test.&.l.ij.§.j.š.tit.j. Ratio est:qa nō erat apud testatorē illa
facultas dandi libertatē,nec verè nec causatiuè.de causa immediata loquor.
Nūc ad ppositum qn̄ testator relinquit fideicōmissariā libertatē, prouidet
duob9.s.seruo cui reliquit libertatē.Item manumittenti cui relinquit iuspa-
tronat9,vt.l.planè.la.ij.§.j.&. l.seruo. §.fi.j.e. sed illud iuspatronatus nō erat
apud testatorē verè,nec causatiuè causa immediata: vt probabo.ergo meri-
tò per manū hæredis debebit capi illa libertas : sicut in qualibet re alia reli-
cta quæ nō esset apud testatorē,vt dictum est. Declaro. nam licèt testator
posset manumittere seruum,& habere ius patronatus: tamen illud ius non
est transmissibile ad alios extraneos hæredes:vt no.in.l.si nō fortē.§.libert9.
suprà de cōdi.ind. & iō illud ius qđ voluit habere eū qui rogatus est manu
mittere,nullo mō erat apud testatorē.Idem dico in filio si rogatus esset ma
numittere.aliud eñ est iuspatronatus ꝙ quis habet ex se:aliud quod qs ha-
bet à patre:vt.l.si filius.§.erit de fideicō.li. Secūda regula est quòd ęquipa-
rātur vniuersalia vniuersalibus.quā examinabo.j.pximo tit.in.l. si quis ser
8 uum.§.fi.cum.l.se. ¶ Tertia † regula est quòd vniuersalia nō æquiparātur
particularibus,& ecōtra.istud pbatur hîc per glo.in fi.quæ ponit vnā diffe
rentiā.nam ab vniuersali fideicōmissario cogitur hęres adire non à particu-
lari, vt.l.si quis omissa.§.fi.š.si qs omis.cau.test.cum similibus.vt hîc habet
b in gloss.vera differentiæ ratio est:[b] quia fideicommissarius vniuersalis ideo
cogit:quia sibi vniuersaliter restituitur.particularis nō cogit: quia sibi non
debet vniuersaliter restitui: & esset iniquū quòd hæres propter eum esset
obligatus hæreditati: quod lex non vult,vt.l. apud iulianū.§.antistia.&.l.
nam quod.§.fina.j.ad treb.Addit Dy.aliam differentiā:quia singulare trā-
sit recta via in legatariū,vt.l.à titio.ff.de furt.vniuersale nō,nisi facta restitu
tione:vt.l.restituta.j.ad trebel.fortè in hoc nō est differētia:nā in vniuersali
nō transit dominiū rerum:qa res nō sunt relictę principaliter ,sed p conse-
quentiā.Idem est dicendū in particulari, qa in rebus relictis p cōsequentiā
nō transit dñium,vt colligit in.l.seruū filij.in fi.j.e. & ibi dicā. Item actiōes
non transeūt quæ cōpetunt ipsi hæredi.Item in fideicōmisso singulari.nō
enim trāsit actio primi legatarij ad secundū.nisi cedatur,vt.l. Imperator in
prin.j.tit.j.Itē aliud addit Dy. quòd licèt nō valeat singulare, cū hæreditas
non est soluēdo:vniuersale tamē valet,sicut in testamēto hęredis,vt.l.si hę-
res ab eo.j.ad treb.& istud est verū.Ratio,qa per illud nō fit deterior condi
c tio creditorū.& eodē modo [c] puto quòd si esset posibile fieri aliquod lega
tum particulare p quod cōditio creditorū nō fieret deterior , quòd valeret,
etiā hæreditate existēte non soluēdo,ꝙ apparet, maximè hodie si hęres nō
facit inuentariū.nam tūc tenet ad integra debita & legata. Itē dicit Dy.dif
ferre in alio secūdùm quosdā,vt no.glo.j.e.l. cū filio. sed aliter ibi dices.ista
sunt verba Dy.& ibi dicemus.Alia glo.ponit aliā differentiam,qa fideicō-
missum vniuersale nō trāsmittit ad suos,fideicōmissario decedēte pendēte
cōditione,vt.l.j.de his qui ante aper.tab.in glo.secus in singulari relicto, vt
not.in.l.is cui de ac.& obli.sed illa glo.est falsa.vt.l.j.§.sinautē aliquid. C.de
cad.tol. & Cy. eam reprobat in.l.j.C.cōmunia de le. Addo aliā differentiā
secūdùm glo. singulare cedit à tēpore mortis: vniuersale ab adita hæredita
te,vt.l.quidā ita,in prin.j.ad treb.ꝙ dic vt ibi.& in.l.cum filio.j.eo.Itē par-
d ticulare pōt restitui [d] pcuratori in rem suā.secus in vniuersali,vt.l. si mulier
9 §.ex asse.š.de iure do.Item † si fratribus minoribus [e] relinquat fideicōmis-
e sum vniuersale,nō valeat:quia nō sunt capaces hęreditatū,vt in.c.exiui de
paradiso.de ver.sig.§.qa igit.aliàs est.§.cupiētes. in cle.secus si relinquatur
particulare fideicōmissum, vt plenè dixi in libro minoricarum.¶ Quæro,
10 † video quòd particularia particularibus sunt exęquata.quæro in quibus
Rñ.in psonis relinquētiū: quia qui pōt relinquere legatū: potest & fideicō
missum.Itē in psonis eorū quibus relinqtur : quia cui pōt relinqui vnū, &
aliud.item in rebus:quia cui possunt relinqui vno modo,& alio.item in mo
do relinquēdi ? qa per verba relinquūtur legata,& fideicōmissa,vt.l.j.&.ij.
C.cōmunia de lega.Bene ergo dicit glo.fraternizāt hodie legata, & fideicō
missa. ¶ Circa istud vltimū quædā examinemus. cōstat quòd pro legatis
& fideicōmisis cōpetunt tres actiones. s.psonalis ex testamēto, in rem, &
11 hypothecaria,vt.C.cōia de le.j. ¶ Quæro pro † qbus legatis cōpetat actio
personalis? Rñd.quædā sunt legata & fideicōmissa quę alterius vtilitatē cō
tinent,& de iure cōmuni valēt.& pro istis cōpetit actio ex testō, siue in te-
stamento,siue in codicillis relinquit,vt.C.cōia de leg.l.j. &.ij.& ibi no.&.l.
fi.in verbo,agnationis.C.de codicill.Quædā sunt legata quę alterius vtilita
tem nō continēt, sed solùm ad cōseruandū honorē & authoritatē testato-
ris ptinent.& ad ista nulla actio cōpetit, sed officiū iudicis,vt.l.quintus. de
f annu.le.Quædā sunt legata [f] quæ alterius vtilitatē cōtinent: tamen nō va-
lerent de iure cōmuni, vt quādo cōditio quæ nō est impleta habet pro im-
12 pleta & dic vt dicā.j. de cōdi.& demon.l.in testō.in vlti.q. ¶ † Secūdò dixi
qđ cōpetit actio in rē.circa ꝙ distīgue:aut est legatū vniuersale,aut singula
re,aut gñale. Si vniuersale:aut est vniuersale ideo qa legat pars hęreditatis
defuncti:& tūc æqparat fideicōmisso vniuersali.& ideo non cōpetit vendi-
catio,nisi facta restitutione,vt dictū est.& pbatur.j.tit.j.l. si quis seruū.§.fi.
& not.j.ad treb.l. mulier.§.fi.aut est aliàs vniuersale,vt qa legatur peculiū,
grex,& similia:& cōpetit vendicatio,vt.l.si peculiū.in prin.de pec.lega.Se
cundò casu.s.quādo gñale.aut est legatū omniū bonorū,&habet vim fidei
cōmisi vniuersalis,vt.l.quoties.§.fi.de vsufru.cōiuncta.l.cogi.in prin. ff.ad
trebellia.& dicā.j.tit.j.l.si quis seruū.§.fin.cū.l.seq.& ideo nō cōpetit vendi
catio, nisi facta restitutione.aut est generale partis bonorū, & dic vt.l.non
amplius

a ¶ Tertiū. Adde se-
cundū Alex. quòd a
cōiter doc. sequun
tur in hoc Bart. ex-
cepto Fulg.

POMATES.

b ¶ Ratio. Ex hoc re
sultat quædā vtili-
tas de qua pbatur
in.l.ita tamē.§.si pr
ff.ad treb.ex hoc in
fertur etiā ad aliud
qđ vult Alexā.in.l.
nemo pōt.in.ij.col.
j. eo. dum alle. §.si
verò expressum.

POMATES.

c ¶ Et eod.mō puto.
Vide crem̄. in.l. ser
uum.§. si idem ser-
uus.j.eo.

POMATES.

d ¶ Pōt restitui. Vi-
de ꝙ scripsi ad Bar.
in.d.§.ex asse.& ad
eūdē Bar.in.d.l.qui
dā ita.§.fi.ff.ad tre-
bel.Bal.in.l.ij.C.de
pact.& in.l.pen. in
prin.C.ad trebel.

e ¶ Fratribus minori-
b9. Adde an possit
legari fratribus mi
noribus vltra Alex.
Fe.cōsi.xij.Bal.cō-
si.lxxx. j.lib. & ibi
quid de pdicatori-
bus & mendicātib9
& Pet.de anc.cōsi.
ccclxxx. plenissi-
mè per Abb.consi.
xliij.inci.quædam
dña.ij.li. vbi consu-
luit quòd valuit do
natio facta p illam
dñam de.xv.flore-
nis annuis fratri mi
nori pro emendis li
bris,& alijs necessa
rijs studij.an aūt hę
res legatū factū fra
trib9 minorib9 pos-
sit cū bona cōscien
tia retinere, vide
Pe.de Anc.cōsi.cc.
&Ang.cōs.clxxxj.

f ¶ Quędā sunt lega
ta.Vt in.l.sicui.j.de
cōdi.& demon. Et
adde qđ dñiū rei le
gatę testatoris ī diē
non transit.tex. est
sing. ī. l. semproni9
attalus.j.de vsufru.
leg. gloss. in.l. si ita
scriptū. §.j.j.tit.j.&
adde qđ etiā p offi
cio iudicis cōpetit
hypothecaria. de
quo hîc Bart.dubi-
tat,q.possit accede
re fideiussor.l.cū qs
§ si qs p reo.j.de so
lutio And.Barb.

amplius.§.fin.j.eodem. Tertio casu,quādo est legatū singulare dic:aut consistit in quātitate,aut in genere,aut in specie certa. primo casu cōstat quòd nō cō petit vendicatio.secūdo casu,idem quòd non cōpepetit vendicatio nisi facta electione.l. apud aufidiū. de opti.lega.l.iij.§.sciendū. el.j. ad exhibendū. Tertio casu: aut est legatū alternatiuè: aut simpliciter. primo casu non cōpetit vēdicatio nisi electione facta,vt.d.l.apud aufidiū.&.j.eo.l.hmōi. §.stichum. & j.titu.j.l.statu liberū.§.stichum.secūdo casu,quando legatur simpliciter: aut legatur expressè, & cōpetit vendicatio.vt.l.j. C.cōmunia de lega. &.l. si tibi homo.§.cum seruus.j.eo.quod est verum si legatur res
a testatoris.[a] aut legat̃ res aliena & non competit.vt l.cum rem alienā.C. eo.&.l.nō dubium.j.titu.ij. aut legatur res hæredis:& dic vt habet̃ in.l.si heredis seruus.j.eo.qnq; legatur res vt vendat̃,& dic vt.l.vxorē §.agri plagā.j.tit.ij. si verò legatur res tacitè:tūc nō trāsit dñiū, & sic nō cōpeteret vēdicatio, vt.l. seruū
b filij[b].§.fi.j.eod.quod dic vt ibi.sed quid si legatur expressè res ꝓ qua testator habet publicianā?dic vt.l. cum sponsus.§.j.s.de publi.& ibi nota.¶ Tertiò di-
13 xi † quòd pro legatis competit actio hypothecaria, circa quod distingue, aut est tale legatum pro quo
c non cōpetit rei vendicatio,[c] sed actio personalis: & tunc non est dubium quòd cōpetit hypothecaria,vt l.j.in fi.C. cōmunia de leg. etiam de iure antiquo,vt l.creditoribus.de separa.licèt aliter innuat glo. in.l.is cui.§.postquàm.j.vt in poss.lega.& ibi dicam.si verò cōpetit actio in rem: tunc cōtra alias res defuncti cōpetit hypothecaria: in illa verò re legata nō: quia res sua non potest esse sibi obligata.vt.l.neq; pignus j.de reg.iur.& ita intelligit gloss.insti.eo.§.nostra autem.vel possum⁹ dicere quòd cōpetit hypothecaria cum sit legatarius domin⁹ de iure speciali: ergo &c. vt.l.in bello.§.si quis seruū.de capt.si verò non competit actio personalis,vel in rem,sed solum officium
d iudicis:[d] tunc puto quòd eadem ratione qua hæres compellitur, eadem possint cōpelli res. vt.l.hæreditas.§.j.s.de pe.hæred.& facit optimè tex.j.de polli. l.de polli.in fin.& habet saltem locum vtilis hypo-
14 thecaria. ¶ † Quæro quomodo potest concurrere
e actio ꝑsonalis,[e] seu hypothecaria,& in rem? Dic vt not.in.§.nostra autem.& per Cyn.C.communia de legat.l.j.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis est ultima uoluntas, & sapit naturam contractuum inter uiuos.*
Filiusfamilias donat causa mortis cum uoluntate patris.
Filiusfami. etiam hodie non codicillatur.
2 *Codicilli facilius confirmantur quâm testamentum.*
3 *Monacha licèt non poßit testari: tamen codicillari sic.*
4 *Minor.25.annis qui ex forma statuti non potest testari, non poterit codicillari.*
5 *Codicilli non possunt fieri coram tribus testibus si statutum disponit quòd testamentum fiat coram quinq;.*

LEX II.

Sciendum. Dixi.s.quòd legata & fideicommissa æquiparantur in personis relinquentium.quod per hanc.l.probatur. ¶ Not. quòd dicit ius habet. vt sic se referat ad ius, non ad potestatem facti. vt.l.conficiuntur.§.j.s.ti. proxi. & qui sunt isti dic vt in glo.¶ Op.j.de dona.cau. mor. de.l.tam is.§.j.Respon.gloss. aliud esse in donatione cau.mor quæ non est legatū, nec fideicommissum.
1 dic † donatio causa mortis est vltima voluntas.[f] vt.l.
f fin.C.de do.causa mortis. &.l.fin. .de codi. tamen sapit etiam naturam contractum inter viuos : quod apparet:quia fit à pręsente præsenti.vt.l.illud.& cū l.seq.j.de dona.causa mort.& not.in.l.ij.in princip.j. de do.pręleg. Et ideo potest fieri à filio volente patre:quia nō est actus qui in pura volūtate consistat. facit quod dixi in.l.qui in aliena.in prin.s. de acqui. hęre.verūtamen Iaco.de ra. dixit quòd hodie filiusfa.potest codicillari,quod reprobant doct.in.l.seniū. C.qui test.fa. poss.& dixi in.d.l.tam is. ¶ Oppo.de
2 l.j.§.j.j.titu.ij.Solu.fateor quòd † quandoq; codicilli facilius confirmantur : sicut in eis facilior solennitas rquiritur. tamē semper requirit̃ quòd habeant ius testandi tempore mortis.& vide circa hocquod not.Dyn. in.c. non firmatur.de regu.iur. libro.vj.
3 ¶ Oppo.extra glos de authenti.si qua mulier.C.de sac. sanc ecclesi.vbi monacha non habet ius testandi,tamen codicillatur. Solutio, secundùm diuersas opin. ibi positas quidam dicunt quòd ista diuisio est testamentum : & sic non obst.vel dic quòd ibi est casus specialis. ¶ Item Oppon.de.l.si arrogator.s.de adopt.Solut. hæc regula habet locum, vt ille qui potest testari sibi, potest fideicommissum relinquere ab hærede suo,sed non habet locum,vt illequi potest testari alij,vt ab alio fideicommissum relinquat:sed ab hæredibus illius quandoq; sic.vt.l. si fundum per fideicommissum. §. fina.cum.l.se
4 quē.j.eodem.¶ Quero † statutum prohibet[g] mino
h rem[h].xxv.annis testari:vtrùm poterit codicillari? Dico quòd non:licèt enim statutum non debeat extendi : tamen lex antiqua se extendit ad statutum. Ista enim lex dicit,quòd q nō habet ius testandi, non habet ius codicillandi : sed per statutum non habet ius testandi : ergo &c. pro hoc facit.l.j.§. ij. ad l.falcid. &.l.j.§.j.de mu.& ho.& quod
5 betur per glos.in.l.quod verò.s.de legi.Sed † quid si statutū diceret quòd ī testamento sufficiāt quinq; testes:vel dicit quòd in testamento rustici sufficiāt quinq;:vtrum per consequens in codicillis sufficerent tres? Credo quòd non quia per nullam legem reperimus hanc regulam quòd semper in codicillis sufficiant duo testes pauciores q̄ in testamento. ad quod facit.l.illud.cū ibi nota.C.de sac.san.eccle. &.l.in contractibus.circa princip.C. de non numerata pecu.&.d.l.tā is.§.j.de dona.cau.mor.per glos.

SVMMARIVM.

1 *Dictio si,ponitur pro quia,quando per eam additur aliquid quod de necessitate requiritur.*
2 *Clausula codicillaris operatur,quòd verba quisquis mihi hæres erit,apposita in testamento faciunt legatum cōditionale.*
3 *Expreßio eorum quæ tacitè insunt per modum conditionis quando aliquid operantur.& nu.9.*
4 *Testator potest facere,quòd cōditio,quæ tacitè inest.sit cōditio & suspendat*
Dictio si,pro quando.
5 *Expreßio eorum,quæ tacitè insunt per modum dispositiōis, quando aliquid operetur? & nu.9.*
6 *Dictio &,principaliter & per se uenit:secus est in dictione cum.*
7 *Mora non purgatur,licet arbiter in condemnatione exprimat diem,qui tacitè à lege inerat.*
8 *Societate contracta cum pacto,quòd si qua iusta hæreditas obuenerit illa cōmunicetur:cōmnnicatur illa in qua aliter socius est hæres institutus,ab eo cui successurus erat ab intestato.*
9 *Iusta hæreditas dicitur illa,quæ obuenit abintestato.*

LEX III

* Hæc verba. Expressio cōditionis per eum modū per quem ex necessitate tacitè inest nil operatur.h.d.Quæro quæ est ratio differētia.dicit glos.quia idem esset etiam conditione non apposita.dicit Dy.ratio est,quia expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operatur.& in idem recidit cum dicta glos. ¶ Oppo. quòd dictio si facit conditionem.vt.l.si titio.quando dies leg.ce. & de condi.inde.l.qui promisit. cum simi. Solu.quando
1 † per dictionem si,additur aliquid quod de necessitate requiritur:tunc ponitur si, pro quia.ita ponitur hîc.secus si adijceretur aliquid quod haberet se ad esse, & non esse: vide glos.& hoc apparet ex regula grammaticæ. De conditione casuali dicam plenè in .l.j. j.de condi.& demon. ¶ Oppo.de.l.si titio. in fi.quādo di.lec.ce.Solu. hìc in secunda parte.l.loquitur quando vnus erat institutus:& sic tacitè inerat de necessitate quòd ipse adiret: ibi quando plures : quia de necessitate non erat quòd vnus adiret:quia testamentum poterat confirmari additio-
i ne aliorum . ¶ Oppo.de.l. in conditionibus[i] .§.j. de condi.& demō.Sol.dicunt quidā q̄ ibi primus erat proprium nomen,& vnus tantum erat hæres.

a ¶ Res testatoris. Adde dum Alex.dicit quòd fallit in legato vsusfructus rerū, quę vsu cōsumunt̃ in quib⁹ non trāsit dñium recta via al legando Pet. de ancha.cōsi.cccli. inci. principale dubiū. & qđ in istis terminis ab alio scriptū nō īuenit quòd Fede. de señ. & quidā alij doc.cōsuluerūt eius consi. xlvj. tu verò quære Pet.de anch.loco allegato: quia ante,nec post per multa consilia ego nō inueni.

b ¶ Seruū filij. Adde secundū Alexā.qđ hîc īpugnat imol. vt hic per eum.

c ¶ Rei vendicatio. Adde secundùm Alexā. Cyn. in.l.j. in. iiij. opposit. C. cōmunia de legat.

d ¶ Officium iudicis. Adde vt hîc p Alexan. an in casu quo testator mādat legata deberi hęreditate nō adita,vel statutum ita dispo nit, ꝓ legato cōpe tat hyopthecaria. cui in quàntū tāgit, an legata ad pias causas debeant̃ hęreditate non adita. Adde Ludo.Rom. cōsil.cccxxviij.in prin. Pet. de anch. cōsi.xliij.Bal. cōsil. xxx.in fi.&cōsi.lv. &.clxxxv.iiij.lib.

e ¶ Actio ꝑsonalis. Adde inquantum Alexan.in fi. dicit. quòd concurrit rei vendicatio,& actio ꝑsonalis,cū donatarius nō pręstat alimēta donatori.iuxta cōuenta.Ro.cōs. cccccx.& Bal.cōsi. lxxviij.j.lib.

f ¶ Vltima volūtas. Adde an donatio causa mortis magis assimilet̃ cōtractui quàm vltimæ volūtati.Bald. cōs. clxij.&.clxv.j.li. & ibi habes decisionē eius quod hîc tāgit Alex.an vsurarius possit cā mortis donare.& in quātū Ale.alle.Petr.de ancha.cōs.ccclxvj. ad decisionē.q. an statutū ꝓhibēs mulierē cōtrahere abs q; certa solēnitate videat̃ etiā ꝓhibere donare cā mortis,tu vide eū cōsil. ccclxxxvj. & in quātū vltimò ipse Alex.tāgit quid in donatiōe cau.mortis facta à minore adulto,tu vide pulchrè Ro.cō.cxcix.

g ¶ Statutū ꝓhibet. Adde qđ si statutū prohibet minorē cōtrahere inter viuos, & cā mortis donare sine cōsensu curatoris, vt est papię:& an minor poterit testari, vel codicillari , vide Bal.cōsi.c.j.lib.

POMATES.

h ¶ Prohibet minorem.vide Pau. cōs. iiij.ī.iij.col.in.ij.vo. Imo.cōsi.cxlv.col. iiij.

* Aduerte q̄ per ista verba , qsq; mihi heres erit.cōprehēdunt̃ etiā veniētes abintestato. ita alleg.Bar.tenere in.l. si qs cū nullū.ff. de iure codi. Cōtrari⁹ tñ alleg . p ambos Imo.& alios nouissimos in hac.l.hæc verba.& ī.l.ex duobus.§.j.ff.de vul.& pup.Sed ꝓ so.vide cōcordiā positā in margine in.d.l. ex duob⁹.§.j.

i ¶ Oppo. de . l . in conditionibus. Et hîc intellige quādo nō est plena clausula codicillaris:quia est p partes seij:intelligit̃ cōditionale legatū,qa secundū mētem legantis poterit valere, etiā si seius hæres non erit.Andrę.Barb.

a ¶ Cõditionale. Adde eundẽ Bart. in. l. ſi quis cũ teſtamentum nullũ. s. tit. j. & ibi Bal. & Ange. Ia. de are. Nico. de neapoli, Imol. Ful. & Paul. de caſ. in. l. ex duob⁹. §. j. de vulg. & pu. & ĩ. l. ſi ĩteſtõ. cum gloſſ. s. ſi quis omiſ. cau. teſta.

b ¶ Clauſula. Adde ſecundùm Alexã. quòd Rapha. cu. dicit quòd non inuenit doct. reprobantem Bar. tamẽ ipſe aliqualiter impugnat, vt hîc p ſeipſum Alexã.

c ¶ Sed quãdo. Et vide glo. ſingu. ſecundùm Io. de Imol. in l. ex duobus. s. de vul. & pupil. vbi eã videas. And. Bar.

d ¶ Oppo. de. l. fina. Adde quod hîc dicit Ioan. de imol. And. Barba.

tu dic quòd ibi plures fuerũt inſtituti: ſed ab vno tã
tùm fuit legatũ relictum ſub cõditione, ſi hæres erit.
& ideo non eſt legatũ conditionale: quia dicta condi
tio tacitè ineſt, ad hoc vt debeatur prout teſtator vo
luit: ſcilicet ab eo à quo relinquit, ſimile habetis in di
cta. l. ſi titio. in fi. quantũ ad partem eius hæredis de
cuius perſona apponitur conditio in legato non eſt
a conditionale: [a] ſed quantum ad partes aliorum. Nõ
ob. ſi dicas ꝙ poteſt deberi ab alio, illo non adeunte:
quia hoc non erit ſecundũ quod teſtator voluit: ſed
ex legis diſpoſitione, quę facit portionem deficien-
tem accreſcere cum onere ſuo. & ex hoc ſequitur ꝙ
ceſſat obiectio quę fieri poſſet ad hanc. l. de titulo. ſi
quis omiſſa cauſa teſtamenti. licet eñ legata poſſint
deberi ex illo titulo hęreditate etiam repudiata ex te
ſtamento: tamen tunc nõ deberentur ſecundũ quòd
teſtator voluit: ſed ex illius edicti diſpoſitione. ſecus
2 † dicerem ſi in teſtamẽto eſſet appoſita illa clauſu-
b la [b] ſi nõ valet iure teſtamẽti valeat iure codicillorũ:
tamẽ tunc hæc verba qſquis mihi hæres erit, faciũt
legatum conditionale: quia non ineſt tacitè. poſſunt
eñ deberi illa legata ab inteſtato ex voluntate teſta
toris expręſſa in teſtameto. ¶ Opp. s. de libe. & poſt
hu. l. iij. §. filius. vbi ſi exhęredatio fiat per hęc verba,
quiſquis mihi hęres erit &c. non valet: licèt conditio
tacitè intelligatur, vt. l. filium. §. ſed cum exhæreda-
3 tio. j. de cõtratabul. ¶ Dy. † dicit hîc duo verba p quę
ſe vult expedire de omnibus cõtrarijs. expræſſio eo-
rum quę tacitè inſunt nihil operatur: vt hîc. vbicũꝗ;
reperies contrarium, eſt caſus ſpecialis, vt. l. ſi in diẽ.
§. ſeruo. de cõdi. & demon. ſed per hoc non reſponde
tur ad contrariũ. tu dic ſecũdùm Pet. quòd ibi expri
mitur per aliũ modum quàm per eũ qui tacitè ineſt.
Declaro: exhæredatio habet ante aditam hęreditatẽ
vnum effectum: quia hæres inſtitutus nõ impeditur
adire propter filium exhæredatum: & poſt aditã hæ
reditatem cõſequetur alios effectus de quibus loqui
tur dicta. l. filium. §. ſed cum exhæredatio. de contra
c tabu. Sed quãdo [c] teſtator dicit, quiſquis mihi hæres
erit filium meum exhæredo. apparet quòd ante adi
tam hęreditatem filius non eſt exhæredatus: ſed re-
peritur pręteritus: & ſic aditionẽ impedit. alio ergo
modo teſtator expreſſit quàm ineſſet tacitè. ita lo-
quitur. §. filius. ¶ Oppo. de. l. ſi ita. §. illi ſi volet. j. eo.
Rñ. ibi non inerat tacitè, nam legatarius poterat ha-
bere legatum etiam ſi non velit, putà ſi ignoret. vt. l.
cum pater. §. ſurdo. j. titu. j. Iſta ergo conditio, lego ti
bi ſi voles. nõ inerat tacitê. meritò aliquid operatur.
4 ¶ † Quæro vtrùm teſtator poſſit facere quòd talis
conditio quę tacitê ineſt, ſit conditio, & ſuſpendat?
Rñ. quòd ſic. caſus eſt in. l. in conditionibus. §. j. j. de
condi. & demon. Et aduerte quia glo. hîc exponit ſi,
pro quia: vt dixi. s. tamen tex. videtur ibi exponere
ſi, pro quãdo. & quælibet expoſitio poteſt tollerari.
¶ Opp. quòd tacita conditio ſuſpendat ſicut pura.
vt. l. item quia conuẽtiones. s. de pac. dic vt ibi. & hoc
ſufficit circa expræſſionem conditionis quę ineſt ta
5 citè. ¶ Quęro † vtrûm expreſſio eorũ quę tacitè in-
ſunt per modũ diſpoſitionis aliquid operetur? Tex.
videtur dicere quòd nõ in. l. ſi arrogator. s. de adopt.
& ibi. Pe. tangit melius iſtã materiã quàm tangaẽ ali
bi. Sed ad hoc opp. j. e. de. l. talis ſcriptura. Sol. ibi ex
primiẽ illud ꝙ tacitè ineſt ex voluntate: ſed in. l. ſi ar
d rogator. tacitè inerat de neceſſitate. ¶ Opp. de. l. fi. [d]
de inſt. & ſubſti. cõiuncta. l. precibus. C. de impub.
& ali. ſubſti. vbi expræſſio pupillaris ſubſtitutiõis q̃
tacitè ineſt aliquid operaẽ: qm̃ expreſſa matrem ex
cludit, tacita non. Rñ. tacita pupillaris ineſt ex volũ
tate defuncti pręſumpta. vt. l. iam hoc iure. de vul. &
pup. & ideo propter expreſſum ceſſat tacitũ: quia iã
tacitè non ineſt de neceſſitate: & ſic aliquid operaẽ.
ſecus ſi ineſſet tacitê ex neceſſitate: vt hac. l. ¶ Item
opp. j. ad. l. fal. de. l. titia. Pet. laborat multũ in ſol. hu-
ius contrarij. tu dic quòd. l. titia. nihil facit ad propoſi
tum: quia ſicut antè quàm exprimeretur poterat de
trahi falcidia & poſt expreſſionem. ſed voluntas ex-
preſſa hoc operaẽ: vt illud quod nõ erat volũtas, mo
do ſit voluntas. & ſic ante permiſſionem falcidiæ in
erat: tacitê cõtra voluntatẽ. nunc exprimiẽ per aliũ
modum, ſcilicet quòd detrahatur ſecundùm volũta
tem defuncti: & ideo aliquid operaẽ. ¶ Oppo. C. ſi
e pen. [e] appel. mors interue. de. l. iij. Rñde. vt ibi dico. c
publicatio bonorũ venit ad ſñiam capitalẽ acceſſo-
riè: & ideo ſi acceſſoriè exprimaẽ in ſñia nihil opera
tur. ſed ſi in ſñia exprimereẽ principaliter: tunc ali-
quid operatur: qa exprimiẽ aliter quàm tacitè inſit
ita loquiẽ ibi condẽnauit enim capitaliter & publi- f
6 cauit bona per † dictionem &: quę habet principali
ter per ſe vnire. ſecus ſi dixiſſet cum: qa dictio cum
habet acceſſorie venire, vt. l. j. in fi. cum. l. ſeq. de pe-
nu. lega. Et hęc materia põt induci ad duas quęſtio
7 nes. Primò † certum eſt quòd ſi dies exprimiẽ ab ar-
bitrio expreſſè, non põt purgari mora. ſecus ſi nõ ex
primatur, ſed à lege intelligatũr, vt. l. ſi cum dies. §. fi.
f cum. l. ſeq. & l. celſus. de arbi. Modò pone [f] quòd ar-
biter condẽnando expreſſit diem quę tacitè inerat à
lege. vtrùm poſt diem poterit purgari mora? Quidã
tenent quòd ſic p. l. cum tale. §. meuię. de condi. & de
mon. vbi expreſſio tẽporis mortis nil operaẽ: quia
tacitè ineſt. & hoc videẽ tenere glo. in. l. iiij. §. ſi quis
condẽnatus. de re iu. Pe. cõtra: qa quãdo arbiter ex-
peſſit, ille qui nõ paruit offendi legẽ, & ei⁹ miniſtrũ:
ſicut quãdo exp̃ſſiſſet aliud tẽpus quàm qđ tacitè
g inerat. Et hoc placet: [g] qa tp̃s quatuor mẽſiũ ineſt ta
citè, nõ tãquàm p̃ſumatur iudicẽ ſic voluiſſe: ſed ex
indulgẽtia legis: vt. l. ſi cum militi. §. j. de cõpenſa. &
ideo ſi arbiter exprimit, declarat voluntatẽ ſuã: nec
exprimit per eum modũ qui tacitè inerat. vt. l. titia
ad. l. fal. & modò declaraui. s. ¶ Præterea tale tp̃s in-
erat tacitè nõ de neceſſitate, ſed de volũtate: qa arbi-
ter poterat alium diem ſtatuere. ſiue enim ęqua, ſiue
iniqua &c. vt. l. diẽ proferre. §. ſtari. de arbi. ergo eius
expreſſio aliqd operaẽ. vt. l. talis ſcriptura. j. eod. & s.
dixi. Non ob. §. meuię. qa tẽpus illud inerat tacitè in
conditione reprobata. Et eodẽ modo reprobaẽ ſi ex
primaẽ: ſed in. q. noſtra exp̃ſſè, & tacitè erat licitũ.
Non ob. gl. §. ſi quis condẽnatus. qa loquiẽ in iudice
qui habet neceſſe illud tp̃s ſtatuere: ſed arbiter hîc fa
cit volũtariè: vnde ibi ineſt ex neceſſitate. ¶ Secun
8 dò † facit ad aliã quęſtionẽ. [h] illa diciẽ iuſta hęreditas
h quæ obuenit ab inteſtato, vt. l. iij. §. de illo. pro ſoc. po
ne ergo, quòd facta eſt ſocietas, ſi qua iuſta hæreditas
obuenerit ſit cõmunis. contingit quòd ille cui ſucce
debã abinteſt. me inſtituit. an talis hæreditas cõica-
bitur? quidã quòd ſit in legitima quę debebaẽ ex ne
ceſſitate: in alia verò ſecus ar. d. l. ſi arrogator. Pet. cõ
tra. imo quòd tota cõicabitur: qa tacitè tota debeba
tur ex p̃ſumpta volũtate defuncti: vt. l. conficiũtur.
ĩ prin. s. tit. j. ergo ſi exprimitur nil operaẽ: quia inter
tacitũ & exp̃ſſum non eſt differẽtia: vt. l. cũ quid. ff.
ſi cer. pet. ꝙ puto verum: vt patebit ex diſtinctione
9 quã ſtatim dabo. ¶ Vt de iſta materia liqueat, † dic
breuiter quòd quãdo exprimiẽ illud qđ tacitè ineſt:
aut per modũ conditiouis: aut p modũ diſpoſitiõis.
Primò caſu, aut exprimiẽ per eum modũ per quẽ ta
citè ineſt: & nil opeatur. vt hac. l. cũ ſimilibus. Dico
aũt tacitè ineſſe quãdo diſpoſitio nõ põt ſortiri effe-
ctum aliter quàm ex diſpoſitione illa: etiã ſi aliunde
poſſet ſortiri effectũ, non tamen ex diſpoſitione te-
ſtatoris, vel alterius diſponẽtis. vt. s. p̃batum eſt. ſi ve h
rò exprimiẽ per aliũ modum, tunc operaẽ. vt. j. eo. l.
ſi ita legatum. §. illi ſi volet. & l. iij. §. filius. de libe. &
poſthu. Secundo caſu, qñ ineſt tacitè p modũ diſpo-
ſitionis: diſtingue aut ineſt tacitè ex neceſſitate con
tra voluntatẽ exprimẽtis: aut pręter volũtatẽ, aut ſe-
cundũ voluntatẽ licèt tacitã. primo caſu, ſi exprima
tur nil operaẽ in p̃iudicium eius in cuius fauorẽ taci-
tè inerat: vt. l. ſi arrogator. s. de adop. ſed in eius fauo
rem ſic. vt. l. titia ad. l. fal. ſic põt ĩtelligi. l. iiij. §. ſi quis
condẽnatus. de re iud. Secundò caſu: quãdo ineſt ta-
citè pręter voluntatẽ: tunc operaẽ vt amodo illud ta
citum ceſſet. vt. l. talis ſcriptura. j. eo. & quod dixi. s. in
quęſtione arbitri. Tertio caſu, talis expreſſio nil ope
ratur: vt. l. cum quid. ſi cer. pe. & l. quæ dubitationis.
de regu. iur. & quod dixi. s. in qõ. de hęreditate legiti
ma pręddicta vera ſunt, niſi exprimatur per aliũ mo-
dum quàm qui tacitè inſit, vt. s. probatum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Nomina appellatiua à cõi uſu mutãtur, non ab uno nomine.*
2 *Error in nomine proprio fundi probatur ex finibus.*

Confinia

POMATES.

c ¶ Pendente appel. Vide Imol. in. l. ſi inſulam. in. xij. col. ff. de ver. obl.

f ¶ Modo pone. Cõtrariũ tenet Ange. ĩ. l. iiij. §. ſi quis. ĩ. de re iudi. & l. ſi inſulam. de verb. obl. & ĩ. l. & ſi poſt tres. s. ſi qs cau. Bald. hîc. vt refert Ioan. de imo idem tenet: qa exp̃ſſio iſta ſit ad fauorem condemnati: vnde non debet retorqueri in damnum. l. titia. ĩ. ad. l. fal. iuncta. l. ſi arrogator. s. de ado. & allegatur gloſſ. in. c. j. de conſti. in vj. ad hoc ꝙ diſpoſitio ſtatuti eſt idẽ ꝙ ius commune: ſi aliter nõ diſponit. ſed arbirer apponit diſpoſitionem legalem: ergo præſumitur arbiter potius miniſter & organum. l. q̃; diſponens, & ſic gratia monitionis expreſſit arbiter, ſecundũ Gui. & non gr̃a diſpoſitionis. vide hîc Io. And. barba.

g ¶ Placet. Adde (vt refert Alexan.) ꝙ opi. contrariam tenẽt Iac. de are. Andre. de piſis & Bal. in repe. l. & ſi poſt tres. s. ſi quis cau. An. in. l. iiij. §. ſi qs condemnatus: ĩfrà de re iu. Bald. in. l. ſi arrogator. s. de adop. Ange. in. l. ſi inſulam. de verbo. obl. Sali. in. l. ſi pacto quo pœnã. C. de pac. & cũ iſtis Alex. etiam trãſit.

h ¶ Ad aliam qõ. Adde quòd cum deciſione Bar. in hac. q. cõmuniter trãſeũt doc. vt refert Alex. & vltra Alexã. hic, an exp̃ſio eius qđ tacite ineſt aliquid opereẽ, vide in pulchro caſu Bal. cõſi. clxxix. iij. libr.

a ¶Proprij. Adde do. Alexan. limitat hoc verũ, nisi esset error nominis proprij ipsius disponē tis, vel eius filij. idē esset si esset error in nomine p̄ris ipsius disponentis. vt putà si testator diceret petrus Antonij cum esset Petrus francisci. vt consuluit Ludo. Ro. cõsi. clxxix. inci. amplissime doc. & consi. cccvj.

b ¶Op. ꝙ error. Vide Barto. in consil. clxxix. inci. martinus baruntij. vbi pulchrè loquitur. Andræ. Barba.

POMATES.

b ¶Vide Ale. cõsil. xlij. in vlti. colũ. in iij. volu. & consi. v. in. iiij. volu.

c ¶Qualitas. Adde inquantũ Alex. refert Bal. hìc dicere quòd si accusat̃ titius de vulnere cõmisso in palatio alicui⁹ ciuitatis nõ esset necesse apponere cõfinia, cũ locus sit certus propter qualitatē expressam per allegata hìc per eum. qd̃ Bal. consi. liiij. inci. casus breuis & ardu⁹. videtur voluisse ꝙ licèt locus sit notorius, tamen debeant apponi confinia: vide in. ij. col. iij. lib.

POMATES.

d ¶Quæro vtrũ error. Vide Bar. cõsi. cxxxiij. & aliquid per Anto. de but. consi. lxv.

e ¶Erraüit. Adde an error supplicãtis de s̄nia lata per iudicem, cũ esset lata p consultorē vitiet rescriptũ. Bal. cõsil. ccccclxvij. iij. lib. & vide Ioan. de imol. omnino de prædictis in additi. ad spe. inti. de rescrip. præsentatione. §. fina.

Confinia & qualitas fundi si concordant cum re de qua agitur magis inspiciuntur quàm uocabulum.

3 *Testatorem errasse in corpore, probatur ex dictis per ipsum ante testamentum.*

4 *Legatum quando erratum est in corpore non ualet: nec in ea re quam legare intendebat.*

5 *Error in nomine proprio non uitiat: actus inter uiuos, nec hæredis institutionem.*

6 *Legatum qnando naleat si cõstet de testatoris uoluntate quòd errauit in nomine appellatiuo.*

7 *Rerum uocabula sunt immutabilia, hominum mutabilia.*

8 *Ratio differentiæ inter nomina propria & appellatiua.*

9 *Error in nominibus adiectiuis non uitiat.*

10 *Distributiuum quisquis, requirens duo uerba, sicut distribuit actum primi uerbi: ita etiam actùm secundi.*

LEX IIII.

SI quis in fundi vocabulo. Eeror nominis ꝓprij[a] non vitiat
legatum: secus si erraretur in corpore, vel
in nomine appellatiuo. hoc dicit. ¶Oppo. quòd er-
ror[b] nominis appellatiui non vitiat. vt. l. librorum. §.
quod tamen. j. titu. ij. Respond. ibi propter multam
proximitatem quã habebat vnum appellatiuũ cum
alio non nocet: vt si quis putauerit libros cõtineri ap
pellatione chartarum. ¶Op. de supel. leg. l. labeo. §.
1 nec mirũ. Sol. †nomina appellatiua sunt immutabi-
lia ab vno homine: sed à communi vsu possunt mu-
2 tari vt ibi not. & d. l. librorũ. ¶Quæro †qualiter pro-
babitur quòd errauerit in nomine proprio? Respon.
vt qa fines posuit, vel aliquã demonstrationem: quia
dixit oliuetũ quę verba cõgruunt alteri fundo testa-
toris, qui non habebat illud nomen. vide gl. Ex qua
singulariter no. ꝙ si confinia concordant, vel quali-
tas[c] fundi cum re de qua agitur, illud magis inspicim⁹
quàm vocabulum loci seu fundi. hoc declaro plenè
in. l. demonstratio. j. de condi. & demon. ¶Secundò
3 †quæro, quomodo probabitur ꝙ errauerit in corpore? Respon. si testator ante factum testamentum cõ
ferens cum aliquibus dixit quòd volebat, & intende
bat legare: postea in testamento aliud posuit: proba
tur quòd errauit in corpore ex præcedentibus verbis
dictis. hoc sentit glo. hìc dum dicit quòd intendebat
&c. probat̃. s. de hære. instit. l. quoties. §. j. & ij. ¶Quę
4 ro †si non valet legatum rei nominatæ propter errorem in corpore: an valeat legatum eius rei quam legare intendebat? Glo. dicit quòd nõ. & bene. ¶Quæ
5 ro †vtrùm[d] error nominis proprij vitiet alios actus
inter viuos, vel in vlti. voluntate? glo. hìc ex concordantijs quas allegat ponit quòd non. non enim vitiat stipulationem, vt. l. si in nomine. de ver. obli. nec
hæredis institutionem. vt. l. si in nomine. C. de testa.
nec iudicium. vt. l. idem pomponius. scribit frumentum. §. pe. s. de rei vend. ¶Quæro, †quid si constet
6 de volũtate testatoris ꝙ ĩ noĩe appellatiuo errauit?[e]
glo. hìc videtur sibi contradicere. vide eam vt declares glo. distingue aut constat testatorē errasse in nomine appellatiuo tacitè propter aliqua indicia, putà
quia antè dixit se aliquid velle legare: & tunc nihilominus legatum vitiatur: vt in prin. gloss. ita loquitur
iste tex. ratio est: qa noĩa appellatiua sunt ita cõmunia quòd lex nõ pręsumit aliquem errasse in hoc ex
aliquibus indicijs. sicuti enim stultum est errare ĩ nomine suomet proprio, vt. l. fina. C. de hære. instit. ita
quodammodo in nomine appellatiuo. fallit propter
multã cõformitatē nominũ, vt. d. l. librorum. ver. qd̃
tñ. j. ti. ij. fallit si ex communi vsu aliter appellaretur.
vt. l. labeo. ver. nec mirum. de supel. lega. si verò constat expressè testatorem voluisse nominare equum
pro mulo: tunc legatum valeret. ita loquitur secunda pars gloss. idem si esset res præsens, & eam testator digito demonstraret: sub alio tamen nomine appellatiuo: vt si diceret hũc equũ tibi lego cum esset
bos. vt. l. quæ extrinsecus. & ibi not. de verb. obliga.
7 ¶†Quæro, quid vult dicere tex. rerũ vocabula sunt
immutabilia: hominum mutabilia? Respond. quidã
vocabula rerum appellant ea quæ res habent, eo ꝙ
res ex cõmuni appellatione generis sic nominãtur.
nomina hominum dicuntur ea quæ ab hominibus
imposita dicuntur singulariter certis rebus nõ generi. hæc est bona expositio. Alij exponunt vocabula
hominum, hoc est vocabula quibus homines nuncupantur: vt lucius titius, & similia. quod licèt sit verũ
in se, tamen nõ congruit huic. l. quod patet ex princip. huius. l. dum dicit, de nominibus proprijs appo-
8 sitis rebus ab hominibus. ¶Quæro quæ† est ratio differentiæ inter nomina propria, & appellatiua? dic vt
9 in glo. ¶†Quæro quid si erretur in nominibus adiectiuis? vt si appello quem album, cum esset niger.
Glos. dicit idem esse quod in proprijs, & bene. Tex.
videtur in. l. pe. j. de re dub. alia circa hanc materiam
dic vt in. l. demonstratio falsa. de condi. & demon.
10 Si quis hæredes. Distributiuũ† quisquis, quod requirit
duo verba: secundùm quod distribuit actum primi
verbi: ita distribuit actum secundi verbi. hoc dicit.
¶Opponi. de. l. qui filiabus. §. j. j. eod. Solu. ibi distributiuum actus primi verbi tribuit cuilibet insolidũ.
dixit em̃, si qua filia mihi nascet̃: & natiuitas cuiuslibet est insolidũ: ideo actum secundi verbi attribuit
cuilibet insolidũ. hìc secus.

SVMMARIVM.

1 *Electio ut ualeat quinqué requiruntur.*

2 *Electio in ultimis uoluntatibus non uariatur: in contractibus secus: & ibi rationem uideas.*

de regu. iur. lib. vj. dicit quòd ratio est: quia pendēte
cōditione non sunt legata: ideo nō possunt infirmari, per reg. Cato. Certè nec legatum purum dicit̄ esse
o viuo testatore. Dic ergo ꝙ ratio est:[o] quia ex eo ꝙ
testator apponit conditionem, apparet ꝙ non vult
ꝙ inspiciatur tempus testamenti, sed alud tempus
futurū: & ideo nō habet locum regula Cato. ¶Vlti-
3 mò per† istā. l. coniuncto prin. reprobo vnā opi. positam in. l. fi. de reg. Cat. quę est ꝙ regula nō habet locum in senatusconsulto. quod est contra hanc. l. nam
hæc prohibitio fuit inducta per senatusconsultū, vt
s. vidistis.

SVMMARIVM.

1 *AEstimatio que debetur pro re affixa domui, legata est in obligatione, & illa petitur.*

p **Item quæri.** [p] Ex vnius ædibus possunt res affixæ in alias trāsferri: si vnus est dominus vtriusquæ insolidum. secus

cus si vnius:vel pro parte.h.d.cum.§.si ex duobus.¶ Quæro à quo præsta
bitur æstimatio.Respon.à legatario.ipse enim erat grauatus:vt hîc patet.
1 ¶ Sed quero:hîc dicitur † ꝙ æstimatio præstatur,non dicit an sit in obli-
gatione:an ergo sit in obligatione vt possit peti? Rñ.ꝙ sic:vt.s.proximè si
enim res ipsa esset in obligatione & in legato,regula catoni.non habet lo-
cùm,cum ab initio legatum consisteret:quę tamen habet locum,vt.s.ꝓxi.
manifeste ergo apparet quòd æstimatio est in legato.& in obligatione.

SVMMARIVM.

1 *Domus in rure posita impropriè dicitur rustica.*
2 *Legatum qualiter dicatur negotiatio.*
3 *Gabella si debet solui de qualibet negotiatione,non soluitur de legato.*
4 *Statutum prohibens frumentum extrahi de comitatu,non intelligitur de eo quod quis extrahit causa sui usus.*
Frumẽtũ emptũ in uno loco nõ põt prohiberi per locũ mediũ ne portetur in alio.

Sed & si quis ad opus.

Potest detrahi vel legari ex ędibus ad vtilitatem reipubli.
1 in cuius territorio est res,non alterius.h.d.¶ † Op.nulla domus dicit̃ rusti-
ca,vt.l.j.s.cõia præd.l.vrbana.de ver.signi.Sol.hîc ĩpropriè dicit̃ rustica.i.
2 in rure posita.Itẽ no.gl.† q̃ hîc dicit,ꝙ legatũ est quoddã cõmerciũ,seu ne
gotiatio dñi:si intelligas negotiationem.i.translationem.sine dubio legatũ
est trãslatio.Sed si intelligam⁹ negotiationẽ qñ aliqd fit hincinde,vt gl.hîc
intelligit,& probatur in.l.legatis.in princ.s.ti.ij.tũc legatum non est nego
a tiatio[a] vera,qđ apparet:qa extraneo penitus ignoto põt legari,vt.l.extra-
neum.C.de hære.insti.Item posthumo alieno,vt insti.eo.§.posthumo.&
l.pe.j.eo.quod etiã patet ex glo.quæ dicunt ꝙ legata non queruntur nobis
ex opera nostra,vt.C.de condi.inser.l.si vxor.& insti.de ver.obl.§.ex cõ-
3 ditionali.Vñ † si statutũ dicit qđ ex qualibet negotiatione,seu mercãtia
soluatur gabella,nõ debet solui de legatis.vt.d.l.legatis.in prin.& ibi dixi:
licêt gl.hic aliter innuat.dices tu,si legatum non est cõmerciũ:quare ꝓhi
bet̃ legari? Rñ.qa ratio prohibitionis est ne vrbs deformetur ruinis,vt.l.ne-
4 gotiãdi.C.de ædi.priua.quæ ratio in legato locum habet.¶ † Vltimò not.
hîc ar.ꝙ si statutum ꝓhibet frumẽtũ extrahi de comitatu,nõ intelligitur
de eo qđ qs exrrahit sui vsus causa:vt hîc,&.s.§.itẽ queri põt.Itẽ qđ hîc di
cit ꝙ nõ põt portari in aliam ciuitatem:intellige ꝙ hoc potest prohibere
illa ciuitas vnde extrahitur:non ciuitas media per cuius territorium transit
b & portatur,vt.l.si quis post hęc.de ædi.priua.quod facit ad.q.[b] de eo qui
emit frumentum in vna ciuitate,portans ad aliam transeundo per territo
rium alterius ciuitatis.quod dic vt ibi per doc.

SVMMARIVM.

1 *Domus non soluentium condemnationes uel collectas non destruitur.*
2 *Tegulæ domus uel ostia non possunt accipi & uendi pro debito publico.*

Hoc senatuscon.

Hoc senatusconsultũ habet locũ vbiq;,& ꝓ debito publico domus nõ debet de
1 strui.h.d.Nota ergo † ꝙ nõ debet destrui domus non soluentiũ collectas
2 vel condẽnationes.Item not.† ꝙ non possunt accipi tegulæ de tecto, vel
ostia vt vendantur pro debito publico:vt hîc,&.§.seq.

SVMMARVM.

1 *Porticus non uenit appellatione domus,sed ædium sic.*
2 *Porticus dicitur esse domus.i.accedit domui.*
3 *Factum in porticu,non dicitur factum in domo,sed ante domum sic.*
4 *Factum in ostio an dicatur factum in domo? remißiuè.*

Hoc senatusconsultum.

Prohibitio senatus extẽdit̃ ad oẽ ędificiũ, vt
ei iniũcta nõ detrahant̃.sec⁹ in aliis quæ non sunt affixa.h.d.¶ Per hunc
1 tex.† dicũt quidã ꝙ appellatione domus[c] cõtinet̃ porticus.& si statutũ di-
c cit de domo,intelligit̃ de porticu.sed poti⁹ facit in cõtrariũ:qa tex.dicit ex
tẽdit̃.q̃ ĩterp̃tatio extẽsiua nõ habet locũ in statutis:licet meli⁹ ꝓbet in.l.q
ædes.de incẽ.rui.nau.vbi tex.dicit ꝙ portic⁹ cõtinet̃.Sed certẽ ibi dicit̃ qđ
cõtinet̃ appellatiõe ędiũ.AEdes aũt dicũt̃ ab ędo ædis,qđ idẽ est qđ ædifi
co,seu cõpono.vnde ædes idẽ est ꝙ ędificiũ:meritò portic⁹ cõtinet̃:qa ędi
ficiũ est.sed cũ dico domũ,nõ cõtinet̃ quodlibet ędificiũ,nisi habeat solũ,
& supficiẽ:hoc est parietes & tectũ,vt.l.solũ.cũ gl.de rei ven.sed portic⁹ nõ
2 habet parietes vndiq;:igit̃ nõ est realiter dom⁹.Fateor † tñ ꝙ est dom⁹:hoc
est accedit domui,& dom⁹ est casus genitiui.multa em̃ sunt extra domũ q̃
sunt dom⁹:isto modo sumẽdo,vt.s.de cõtrahen.emp.l.si aquæductus.pro
hoc facit.j.de dã.infec.l. qđ cõclaue.&.s.cõi di.l.arbor.§.de vestibulo.Dic
3 ergo † qđ factũ in porticu:nõ dicit̃ esse factũ in domo,vt.l.j.§.in publico flu
mine.j.de flu.Sed bene dicit̃ factũ ad domũ.ar.l.quidã iber⁹.& qđ ibi not.
de ser.vrb.præd.& qđ no.Iac.de are.in.l.item apud labeonẽ.§.cõuitiũ.de
4 iniur.& ibi dixi.¶ Sed quero † an illud quod fit ab aliquo existenti in ostio,
dicatur factũ in domo:dixi in.l.j.de cloacis.in eo quod ibi dicitur de tubo.

SVMMARIVM.

1 *Hæres suus præsumitur ignorare contenta in testamento.*
2 *Res destinata poni in ædificio quando habeatur perinde acsi ædificata fuisset.*
3 *Statutum ꝙ nullus poßit emere frumentum nisi pro suo usu.si scholaris emit pro toto anno,& postea pœnituit, & uult recedere,an licitè poßit illud reuendere.*
Primum propositum qualiter inspiciatur ut euitetur pœna.
4 *Destinatio quando aliquid operetur,operatur esse legatum rei.*

d Sed si separauit.

[d] ¶ Licèt res sit ędibus destinata ,non * tamen * prohibetur legari : sed legatum ex-
tinguitur si postea per testatorem iniungitur . se-
cus si per heredem.¶ Oppo.j.titu.ij.de.l . fideicom-
missa.§.si rem.gl.non soluit.dic ꝙ hæc res iniuncta
dicitur desiisse extare:quia per se non cẽsetur:vt.l.
qui vniuersas.de acqui.pos.¶ Oppo.ad illud quod
dicitur de hærede de.l.in summa.§.pe.de cõdi.inde.
Gl.nõ soluit hîc.sed soluit in contrario,tu dic quôd
natura condictionis indebiti est,vt qs teneatur in-
quantũ factus est locupletior:vt.l.nam hoc natura.
&.l.si non sortẽ.§.libertus.ff.de cõdi.inde.Si igit̃ ibi
ignorans manumisit:ipse in nullo est locupletior:&
sic nõ tenetur in aliquo:hìc verò loquimur in actio a
ne ex testamento quæ est alterius naturæ.Præterea
si iniuuxit domui suæ,satis effectus est locupletior.
Sed cõtrà:vbicunq; res est perempta sine culpa de-
bitoris , debitor liberatur,vt.l.si ex legati causa.de
verb.obli.&.l.non amplius.§.j.s.eo.gl.in.d.l.in sum
ma.§.pe.dicit illud statuitur contra hæredem qui
cõmodum sentit ex persona defuncti.subaudi , &
res facto hæredis periit.ideo non ob.d.l.nõ amplius
§.j.Tu declara vt dixi in.l.si seruum.§.ij.de verbo.
ob.Opp.dicitur hîc,siue sciuit,siue ignorauit.Con-
trâ:heres semper pręsumitur scire scripta in testa-
mento:vt.l.cum hæres.de lib.le.Sol.hîc erat scriptũ
in codicillis,& sic hęres potest ignorare:vt.l.non est
1 ferendus.de transact.Vel dic † quòd erat hęres suus
qui etiam potest ignorare:vt.l.eius qui in ꝓuincia.
in fi.suprà si cer.pe.Vel dic ꝙ ignorabat supine.de
præsumptione autem scientiæ hæredis dixi in.l.qui
Romę.§.duo fratres.de verb.obl.¶ Opp.de.l.nutu. b
2 §.fi.de le.iij.So.vt in gl.¶ Oppo.quòd † res destina
ta poni in ædificio,perinde est acsi esset ædificata,
vt.l.fundi.§.fina.&.l . granaria.de act.empt.So.po-
test hîc intelligi quòd res erat destinata ad ædificiũ
quæ nunquàm fuit in ędificio:ibi semel fuit,licèt
deposita Contra hoc facit iste text.ibi,translaturus
in aliam domum.& sic innuit quòd semel fuit in ali c
quo ędificio.Vnde dic quod ibi erat destinata repo
ni in illud ędificium de quo sumpta erat:hîc verò
in aliud.Vel aliter secundũ Gul.de cu.nõ curo vtrũ
esset ordinata reponi in illud ędificium vel aliud,
sed hoc solũ attendo si à principio quando leuatur
de domo habuit animũ reponendi in eãdem domũ
vel in aliam suam:& sic habuit primum propositũ
licitum : licet ergo postéa mutauerit propositum ,
non punitur:& sic licuit cõuertere in alium vsum.
3 hîc est casus nõ secundùm eum.¶ Per hoc † deter- d
e minat.q.[e] statutum est hîc ꝙ nullus emat frumẽtũ
in platea nisi pro suo victu.Cõtingit quòd schola-
ris emit pro suo victu pro toto anno.postéa mutauit
propositum,& vult recedere,& vendit frumentũ.
quæritur an puniatur? Et dicit ipse ꝙ nõ:qa primũ
ꝓpositũ fuit licitũ & bonum,per hanc.l.facit.l.j.§.
vnde q̃rit offilius.de exercito.act.& ibi ipse hoc po
nit.hoc autẽ intellige * esse verũ * si de primo propo
sito cõstet:aliâs presumitur ab initio tale fuisse pro-
positum.sicut postea fecit,vt.l.sed iulianus.§.proin
de.sed macedo.Et prædicta vera * sunt * qñ primũ
propositũ est licitũ,nõ obligatoriũ.Si verò primũ
ꝓpositum erat obligatorium:aut erat obligatoriũ
sui,vel alrerius qui sibi mãdauerat:& inspicitur pri-
mũ propositũ:vt.d.§.vnde quærit offilius.Aut erat
obligatorium alterius qui non mandauerat:& non
sufficit propositũ primũ nisi sit secutus euẽtus,vt.l.
iij.de in rẽ verso,§.sed si sic.¶ Opp.& viderur ꝙ de-
stinatio rei habeat̃ ꝓ facto,vt.l.si quid earum.§.in-
teremptum.de lega.iij.l.& si nõ sunt.§.quid ergo.de
aur.& arg.le.Pe.dicit hîc tractatur de legato restrin
gendo:ideo destinatio nil operatur:ibi de legato am
pliando.Sed hęc so.tollitur per.l.ligni.§.si lignum.
j.ti.ij.quare dic ꝙ hîc legatur res ipsa:vñ destinatio
nil operatur:sed in contrariis res ipsa destinata ex-
presse non legat̃.Sed dubitatur an legato alterius
4 rei accedat propter destinationem.† Dic ergo,vtrũ
destinatio aliquid operetur.aut legatur ipsa res,&
nil operatur:vt hîc.aut dubitatur vtrũ cedat legato
alterius rei:& tunc aut fuerunt legatæ res destinatę:
&non est dubium,vt.l.si quid earũ.§.interemptũ.j.
ti.ij.aut nõ est facta mentio de eis:& tũc aut erat res
destinata in antiquum esse;& tũc destinatio[f] habe- f

POMATES.

a ¶ Hoc legatũ non est negotiatio.Pro hoc facit tex.in.l.si qs ex argẽtariis .§. rõnẽ.ff.de edẽ.tex. in.c.forus.§.j.extra de verb.sig.& in.c. eiiciens . lxxxviij . dist.& p totũ.Ioã. an.in. c.quãquàm. de cẽsi.li.vj.Panor. cõ.vj.in.c.casus sup quo petitę fuerũt. & vide Alex.cõsi. cliij.in.ij.col.versi. sed ita etiam.in vlti.col.in.ij.vol.

POMATES.

b ¶ Quod faciat ad qõnẽ.Vide Alexã. cõsil.lxxxv. in.iiij. vo.vbi sibi cõtrari⁹ sequit̃ opi.Imo.cõtra Ang.hîc quem nõ reprobat.

c ¶ Domus . Adde qđ Pau.de ca.quęrit an statutũ Senẽse disponẽs qđ nullus possit capi in domo habeat locũ in eo qui capitur in apotheca de quo vide eius consi.xliij.

POMATES.

d ¶ Sed si separauit. In princi.ad materiam huius.§.vide aliquid per Alexã.in.l.j.§.fuit q̃situ.ĩ.ij.col.ff.ad trebel.ver.ꝙ tñ.singulariter limita vt ĩ.l. à diuo pio.§.fi.ff. de re iudi. Bal.ĩ.l. ex facto.§.rerũ aũt. ĩ vlti.col.ff.de hęr. insti.& vide qđ p istũ tex.dixit Bal.ĩ c.j.§.si qs de mãso.ĩ vl.col. de cõtrouer. ĩuest.in qõne quæ fuit mota Papiæ.

POMATES.

¶ Per hoc determinat.q.vide Alb.de ros.in prima parte statutorũ qõ. xcj. & ĩ.ij. parte qõnis cciij. incipi. p̃dicta etiãfaciũt.vide Bal. in.l.j.in.iij.col. ver. itẽ facit ad qõnem de preci.itinere.C. de ędi e di.& Alex. cõs.j.in.vj.&.v.col. in.ij.vo.& cõsi.vij. in.iij.vol.

f ¶ Destinatio.Ad-

de vltra Alexã.inquantum refert qđ Cy.Bal.& Ang.inducũt hîc dicta ad q.ſtatuti diſponentis quòd mortua vxore mobilia ſpectẽt ad virũ:immobilia verò ad hæredes vxoris,& ſit pecunia parata ad emptionẽ p̃diorũ quod nihilominus debebit̃ marito,& qđ hæc opi.eſt tutior ꝙ̃ opi.Lu.Ro.& Abb.qa Ro.cõſ.clxxxix.tenet ꝙ ſi ue ſit depoſita ad emptionẽ p̃diorũ: ſiue vt inde capiãt̃ annui reddit⁹,ꝙ cõputat̃ inter immobilia.de primo alle.caſum in.l.iij.§.vſuras.š.de contraria actione tut.de ſecũdo alle.caſum in.l.iij.§.nec vſufruct⁹.&.§.ſi lapidicinas.ver.vel cuius ius alteri⁹ materię.ff.de rebus eorum.

POMATES.

a ¶ Secũdo caſu.Faciunt q̃ latè ponit Iac.in.l.diuortio.§.interdũ.ff.ſol.mat.& aliquid ꝑ Bal.in.l.diui fratres.ff.de re.diui.& in.l.ſi nõdum.C.de furtis.

b ¶ Parua.Adde vltra Alex.inquãtũ quęrit an indẽnitates q̃ requirũtur in alienatione rei par uę,ꝙ Federi.de ſe.conſil.ccx.tenet ꝙ nõ:etiã ſi prelatus iuraſſet de nõ alienãdo.& inquantũ tãgit ſi emphyteuta cadat non culpa ſua ab emphyteuſi perdat ædificiũ factum in ſolo emphyteutico, vide Pau.de caſt.conſi.cxxxix.& quid ſi non ſoluit canonẽ, vide Bal.cõſi.ccccxxviij.lib.ij.

c ¶ Si pocula.Et vide Pet.de anch.ĩ.c.cõmiſſum.de deci.& in.c.indicãte.de teſt.ad qđ alle.iſtũ §.& vide Ioan.de Imol.ibi,& ibi dixi.And.Barba.

d ¶ Eum qui.Adde inquantũ Alex.q.tãgit an annullatio cõtract⁹ ſit pœna, Bal.conſil.lxxv.& inquãtũ alle.Paul.de caſt.cõſil.xcix.ad.q.de qua hîc ꝑ cũ ego habeo.c.j.

tur ꝓ facto:vt.l.fundi.in fi.&.l.granaria.de act.emp.l.argumẽto.§.pe.j.de aur.& arg.le.aut erat deſtinata in nouũ eſſe:& tũc aut nõ erat ceptum opus fieri,& deſtinatio nil operat̃,vt.l.ligni.§.ſi lignũ.&.l.lana.j.tit.ij.aut etat opus ceptũ:& tũc aut erat valde remotũ ab illo in quo res erat deſtinata:aut erat propinquũ.primo caſu deſtinatio nil operat̃:vt.l.librorũ.§.ſed ne cœpti.j.ti.ij.&.l.l.veſtimẽtũ.de aur.& arg.le.ſecũdo caſu[a] opus ceptũ habet̃ ꝓ ꝑfecto,& deſtinatio operat̃,vt.l.& ſi non ſunt.§.qđ ergo.de aur.& arg.le.&.l.librorũ.§.ſed nec cœpti.j.tit.ij.

SEnatus. LEX XLV.

Marcellus. Parua[b] domuncula ruſtica poteſt deſtrui:& per conſequens legari.h.d.

Legatum. Seipſum ſummat.Circa hunc §.diſtingue vt in gl.aut ponit̃ in voluntate hęredis:aut legatarij:aut extranei.ſi hęredis:aut in voluntate libera:aut in arbitriũ boni viri:ſi legatarij,indiſtinctè valet,vt hîc.ſi extranei,aut in voluntate expreſſa:aut in velata.

Qui ab hoſtibus. Hîc eſt ſingularis caſus in quo poteſt legari liber homo,in quo nõ eſt commerciũ.& hoc ſit in loco ſummarij.

SVMMARIVM.

1 *Poſitio caſus altero de tribus modis.*

2 *Ius ſuperueniens teſtatori non prodeſt legatario.*

3 *Res emphyteutica ſi legetur,& plenum dominium ſuperueniat teſtatori,quando debeatur legatario.*

Augmentum ſuperueniens quando augeat legatum.

LEX XLVI.

SEruum filii. Regula catoniana non habet locum in legatis,in quibus impedimentũ ceſſat,ex cã q̃ retrotrahit̃.h.d.¶ Oppo.de.l.cũ rẽ alienã.C.e.&.š.e.l.apud iulianũ.§.cõſtat.Sol.gloſſ.teſtator vr̃ hîc leg.re ius qđ habet in re.de hoc miror:nã pater nullũ aliud ius habet,niſi ꝓ occupãdi iure peculij ſi filius p̃decedat,vt.l.ij.j.de caſtrẽ.pe.qđ aũt illud cogitauerit eſt cõtra votũ parentũ,& naturalẽ ordinẽ:vt.l.ſcripto.vñ liberi.&.l.nã & ſi parẽtibus.de inoffi.teſta.Dico† ergo hîc ponẽdum eſſe caſum altero de tribus modis.Primò ꝙ pater in vita filij credebat ſe habere ius in illo ſeruo:ſicut in rebus ꝓfectitijs:& ſic errabat in iure:vel ſecundò ꝙ pater credebat filiũ eſſe mortuum tpe teſtamẽti:cũ in veritate nõ eſſet,ſed poſtea deceſſit:& ideo ſi pater tunc deceſſiſſet,legatũ erat inutile.Sed ſi filius poſtea pręmorit̃,legatũ cõfirmat̃.Nec obſt.regula cato.ꝓpter fictionẽ vt dicit tex.& dixi ĩ ſummario.vel tertiò poſſet poni ꝙ pater credebat rem eſſe ſuã ex alia cã cũ nõ eſſet:& idẽ iuris eſt qđ.š.¶ Sed q̃ro qđ ſi filius feciſſet teſtm̃,& patri reliquiſſet? Rñ.tũc legatũ nõ valeret.quia pater capit vt hęres ex teſtõ filij:qa retro nõ trahit̃.& hoc ſentit gl.hîc,& tex.vr̃ velle.Ex quo no.† ꝙ ius ſuperueniẽs teſtatori nõ ꝓdeſt legatario.Contra.š.eo.l.qđ in rerũ.§.j.Sol.ibi in legato vſuſfructus,in quo non habet locũ regula cato.qa cedit ab adita hereditate.¶ Per p̃dicta† determinat Iac.de are.talẽ.q.Si ego legaui tibi rẽ quã habebã in emphyteoſim.cuius poſtea peruenit ad me plenũ dñium:certè nõ debet̃ tibi legatario:niſi eſſet ius ſuperueniẽs tale ꝙ ius primũ ad ſe traheret illud,vt.l.ſi tibi.š.vſuf.quẽad.ca.facit.l.ſi tibi.ff.quib.mo.vſuſfru.amit.ita dicit ipſe.hoc videtur cõtra.l.ſi ex toto.in prin.š.eod.augmentum eñ contingens in re legata non ſolũ circa ius,ſed etiã circa ſubſtantiam rei prodeſt legatario:vt ibi patet.ſed dico ſic:ſi teſtator dixit fundum meũ.vel alio modo expreſſit ſe legare ius qđ habebat:ius ſuperueniens non auget legatum,vt.l.ſerui electione.§.fi.& qđ ibi no.š.eod.ita intelligo Iac.de are.ſed ſi legaui fundum ſimpliciter nõ adijciendo meum,neq; reſtringendo ſe ad ius quod habebat:& ſic nõ limitatè:tũc omne augmentum in iure,vel ſubſtãtia rei cederet legatario.vt.d.l.ſi ex toto &.l.quod in rerũ.§.ſi quis poſt.š.eod.Et hoc verũ eſt qñ legatũ ab initio tenet.ſecus ſi ab initio non tenet:quia tũc nõ confirmat̃ impediẽte regula cato.niſi ex ſuperuenienti cauſa quæ retrotrahitur.vt hîc.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an cogatur redimere rem legatam per teſtatorem eidem teſtatori legatam quam repudiauit?*

2 *Dominium rei legatæ quod uideatur legatarij fictè à morte teſtatoris,uerè à tempore aditæ hæreditatis.*

Si quis rem. Qui rem ſibi legatã ignorans legat,ſiue acceptet,ſiue repudiet,valet legatũ factũ à ſe.h.d.Quidam habẽt hîc vnã aditionẽ per quã Dy.† quærit an hæres cogatur ad rem redimendã eo caſu quo teſtator legatũ repudiauit.Et dicit ꝙ nõ:quia repudiãdo videtur legatum ademiſſe:ſicut qñ donat,vt.l.rem legatã.de adi.le.Vel verius loquitur,ꝙ illud ius quod habet videat̃ legare,qñ illud ſe habere credebat,vt.l.ſi domus.in fi.j.eo.cũ ſi.Sed qñ nullũ ius ſe habere credebat,ſi poſtea ſuperuenit,& repudiat:videtur remanſiſſe in eadem volũtate.ita loquitur hîc.¶ Quærit Dy.vtrũ confeſſio cedentis noceat ceſſionario.quod plenè examino in.l.facta.§.ſi hęres.ad Treb.¶ Vltimò no.† tex.qui dicit retro ipſius fuiſſe videt̃ ꝙ à tẽpore mortis res eſt legatarij fictè:à tempore aditę hæreditatis verè,vt.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.j.eo.

SVMMARIVM.

1 *Mutatio materię,uel formæ rei legatæ quando faciat deficere legatum?*

c **Si pocula.** [c] Si fiat matatio de materia in formã,vel econuerſo,legatum nõ mutatur,ſi teſtator voluntatem non mutauit.h.d.¶ Op.j.tit.ij.de.l.lana.& de aur.& arg.le.l.ſeia.in fi.Sol.ibi teſtator mutauit:hîc hæres.hæc eſt vna ſol.gloſ.quã tenet in.l.ſi cõuenerit.§.pe.de pig.act.qđ videtur mihi cõtra iſtũ tex.ad quid enim dubitaret̃ hîc de mutatione volũtatis teſtatoris.non video.dic ergo ꝙ hîc teſtator fecit mutationem de materia in formã,vel econuerſo.Sed dic† aut cõſtat ꝙ mutauit voluntatem:& tunc non debetur.aut conſtat ꝙ non mutauit,& legatum debetur,vt hîc.aut dubitatur,& tunc diſtingue vt tex.in.l.quæſitũ.§.illud fortaſſis.j.ti.ij.ſcilicet aut forma eſt reducibilis ad materiam,aut nõ:vt ibi.iõ hîc in poculis & maſſa nõ p̃ſumit̃ mutatio volũtatis ĩ dubio.ĩ lana ſec⁹.

SVMMARIVM.

1 *Domus legata ad aream ſi reducatur,an debeatur?*

Si areæ. Quod ędificat̃ in area legata debetur legatario.h.d.¶ Op.de.l.ſi chorus.§.area.j.tit.ij.ſol.dicit glo.ibi voluntatẽ mutauit teſtator.qđ eſt diuinare.Iaco.de are.dicit ꝙ hîc ędificauit teſtator cui⁹ res erat:ibi ędificauit extrane⁹,cuius rem teſtator legauerat.ideo hęres nõ tenebatur ad areã:quia non poterat ſeparari à domo,ſed tenet̃ ad eius ęſtimationẽ.ita loquitur ibi ar.š.e.l.cętera.§.ſi duob⁹.& ideo domo deſtructa,adhuc poterit peti area:quia legatũ nũq̃ fuit extinctũ.ita loquitur hîc.&
1 hoc teneo.¶ † Quęro quid econtra.qñ legat̃ domus q̃ reducit̃ ad areã.glo.hîc dicit ꝙ legatũ extinguit̃.illud eſt cõtra.l.ſi grege.š.eod.Et ideo dic,qñ legatur area in qua poſtea ędificatur:tũc aut ędificatur à teſtatore,aut ab extraneo cuius erat res:vt dixi.š.qñq; legatur domus quę poſtea ad aream reducitur:& tunc aut in ea iterum ędificium non reponitur,& debet̃ area:vt.d.l.ſi grege.š.eo.aut in ea iterum ędificatur,& legatum extinguitur,vt.l.ſi ita.§.ſi domus.j.eo.quod intellige vt ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Arguere de contractibus ad ultimas uoluntates quando liceat?*

d **Eum qui[d] chirographum.** Vbi eſt eadẽ ratio licitum eſt arguere de cõtractibus ad vltimas volũtates.h.d.¶ Op.j.tit.j.de.l.caius.in prin.Solu.ibi non legauit chirographũ ſpecialiter.dicit gl.Adde ꝙ fecit legatũ generale in quo non cõtineret chirographũ.ſecus ſi vniuerſitatẽ iuris reliquiſſet veluti Calendariũ,vt.l.qui filiũ.in prin.j.titu.ij.Diſtingue ergo tres caſus:vt
1 no.ꝑ Cy.C.loca.in.l.certi iuris in.vj.aliàs ĩ.v.q.¶ Vltimò Dy.† ponit hîc diſtinctionẽ:vtrũ ſit licitũ arguere de cõtractib⁹ ad vltimas volũtates bonam,& perfectã quã ponit Guli.de verbo ad verbũ in.l.pactũ.š.de pact.

Si idem. Legatum libertatis inualidum:ipſius ſerui legatum non perimit.h.d.¶ Oppo.ꝙ ſi fraudant̃ creditores non valet legatum,nec libertas.ſol.vt in glo.¶ Oppo.de.l.iij.§.fi.de fun.inſtru.& inſtru.le.ſol.glo.tu dic ꝙ ibi fuit in vita manumiſſus per qđ legatũ videt̃ reuocare.hîc in vltima volũtate in qua ineſt cõditio:vt nõ tollat̃ primũ per ſecundũ,ſi ſecundũ ſit inualidũ:vt.l.ſi iure.j.ti.ij.¶ Op.extra gl.de.l.planè.in prin.š.eo.vbi legatũ inualidũ reuocat primũ.ſol.libertatis fauore eſt ꝙ ſiue pręcedat relictum libertatis,ſiue ſequat̃,ſi eſt validum,ſemper pręualet alteri legato:vt.l.ſi idẽ ſeruus.j.tit.j.Sed qñ legatum libertatis eſt inualidum,ſi pręcedat,non vitiat legatũ:vt hîc.ſi ſequitur.etiam ſi libertas ſit inualida:reuocat primum.ar.d.l.planè.in prin.& gloſſ.tenet hoc.j.titu.j.in.l.qui teſtamento.Sed huic videtur contradicere tex.qui dicit:ſi idem ſeru⁹ legat⁹,& liber eſſe iuſſus.& ſic innuit ꝙ fuerit ſecuta libertas.ſed dic ꝙ hęc ſunt verba iuriſconſulti non denotantia ordinem teſtatoris.& hoc modo poſſumus dicere fortè melius quã ſupra.Ad.d.l.iij.in fi.de fun.inſtru.lega.dic quòd ibi ſecuta eſt manumiſſio:hîc verò præceſſit.

Si ſtatuliberum. Legato ſtatulibero expedit hęredi ipſum ſoluere potius ꝙ̃ ęſtimationẽ.h.d.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus qualiter ipſo iure conſtituatur per ultimam uoluntatem?*

2 *Dominium rei tacitè legatæ ꝙ non tranſeat in legatarium ipſo iure.*

3 *Proprietate legata an cenſeatur legata uia? remiſſiuè.*

Si duos.

Si duos. Qui legat vsumfructum in fundo, videtur le
gare viam per alium: si aliunde nõ habet. h.d.
¶ Pro declaratione literę quæro quõ redimet hæres? Glo. in-
telligit redimere. i. retinere, vel cõdicere, etiam nullo dato. Con
tra. si legatari⁹ ad hoc teneť: ergo cõtra eũ põt per vsufructua
a riũ agi, vt. l. j. [a] §. j. si vsufru. pe. Roge. fateť actione reali: vt ibi,
nõ personali. vt hîc. qđ gl. reprehendit: cũ hîc nõ fuerit seruit⁹
1 cõstituta. ideò non potest agi actione reali. ¶ Cõtra. †per vlti
mam voluntatẽ cõstituiť seruitus ipso iure, vt. l. j. de serui. le. &
l. si partẽ. §. j. š. queãd. ser. amit. Sol. dicit Iac. de are. illud esse ve
rum si seruitus fuerit legata expressè. secus si tacitè: vt hîc. qđ
2 no. multũ: quia † qñ res legať tacitè, nõ trãsit dñiũ ipo iure. tex.
est cũ gl. ĩ. l. emptor. §. ancilla. de rei vẽ. dixi ĩ distinctiõe quã. š.
3 posui. ĩ. l. j. ¶ † Quęro, in ꝓprietate legata, an videať legata via.
glos. tãgit in. l. iij. §. si loci. de adi. lega. dixi plenè in. l. j. de ser. leg.

LEX XLVII.

SI a substituto. Quod contingit medio tẽ
pore nõ vitiat legatũ. h.d.
¶ Quęro, quid si emisset scienter. glo. dicit idẽ & sub-
audi maximè. Tu examina hoc vt per Dyñ. in. l. qui romæ. §.
duo fratres. & ibi dixi. ĵ. de verbo. obliga.

SVMMARIVM.

1 *Promittens dare, uel si hæres est grauatus dare: debet facere rẽ accipiẽtis.*
2 *Tradere qui tenetur, quando debeat tradi taliter quòd euelli non poßit?*

Hæres. In legato generis, hęres de euictione teneť. se-
cus in legato speciei. Idem in stipulatione rem
tradi. h.d. ¶ Not. distinctionẽ huius. §. de quo plenè no. in. l. si
domus. §. de euictione. ĵ. eo. ti. ¶ Ad. l. quæ de legato. oppo. vbi
dare promittitur nõ liberať quis, nisi accipientis faciat, vt. l. vbi
aũt* nõ apparet*. in fi. de verb. obli. sol. glo. parua. expone dare
id est tradere & cessat cõtrariũ. gl. j. quæ distinguit vtrũ ista sit
1 alternatiua legis, vel testatoris, nil facit ad ꝓpositũ. No. † ergo
qñ promittitur dare, indistinctè debet fieri accipiẽtis. & idẽ di
2 co si testator expressè grauaret hęredẽ ꝙ daret. Qñq; † promit-
titur tradere: tũc aut promittiť de aliqua re in genere: & debet
tradi taliter quòd euelli nõ possit? vt hac. l. aut ꝓmittiť de cer-
ta re in specie: & tũc si ꝓmittiť ex titulo lucratiuo sufficit, quo
cunq; mõ tradatur, vt hac. l. q̃ de legato si titulo oneroso debet
ita tradi: quòd euelli non possit, vt. l. ij. in princip. de acti. emp.
& l. ratio. in prin. eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ ex mora non ueniunt in speciebus: tamen ueniunt quando pecunia ut species est relicta.*
2 *Res legata si sit multum à longinquo, hæres illam perquirit, & reducit sumptibus suis.*
Debitor quando teneatur cauere de restituendo?
3 *Per aditionem quasi contrahitur inter hæredem & legatarios.*
4 *Procurator tenetur de omni culpa etiam leuißima, & tenetur cauere.*
5 *Re legata perempta, æstimatio uel ipsa res peti potest electiõe legatarij.*
6 *Hæres quando est in dolo, statim tenetur ad æstimationem rei legatæ, quæ non reperitur, si in culpa datur sibi tempus ad rem inueniendam.*
7 *Quantitas debita si est in obligatione ut species, ea perempta debitor liberatur.*
8 *Rem non extare, & rem non reperiri, paria sunt.*
9 *Hæres quando teneatur pro re legata de dolo, & lata culpa: & quando de leuißima?*

LEX XLIX.

CVm res. Hæc est magistralis. l. ex qua col
ligitur distinctio quã gloss. ponit
in. l. qđ legať. de iudic. & l. j. C. vbi fideicõ. peti de.
& ponit tot casus ꝙ non recipit cõgruam summa-
tionem. Sed diuiditur scđm Dy. Primò poniť in quo loco de-
beat solui res legata. Scđò quid iuris sit si res legata nõ appa-
reat. Tertiò qualiter culpa hęredis æstimeť circa rem legatã.
secunda ibi, itaq;. tertia ibi, culpa. prima subdiuidiť in duas par
tes: quia primò loquitur de specie. scđo de eo qđ consistit pon
1 dere, numero, vel mẽsura. scđa ibi, sed si id petať. ¶ † Op. spe-
cie legata nõ veniũt vsurę, vt. l. fideicõmissi. §. si auro. & l. cum
quidẽ. in fi. de vsur. Sol. hîc erat legata pecunia in specie. simi-
le habeť in. l. ij. iij. & iiij. C. depo. ¶ Op. de. l. cũ seruus. š. eo. Sol.
2 qñ † res multũ est à longinquo. pręsumiť ꝙ testator voluerit ꝙ
sumptib⁹ hæredis perqrať, & reducatur vt ibi dixi: iõ intelligo
hîc ꝙ res nõ erat multũ à longinquo. Et ad istã verisimilitudi
nem adde gl. q̃ ponit alia verisimilia, q̃ est sup verbo verisimi-
le. Sequiť ver. itaq; hęc scđa pars subdiuidiť in duas partes: pri
mò loquiť qñ legata est spẽs. scđò in legato alternatiuo. scđa
ibi, sed si stich⁹. ¶ Op. š. de rei vẽ. de. l. si à bonę fidei. & l. si ꝟò.
& l. si culpa. gl. nõ soluit. Certè cõcordãt. qa hîc, & ibi teneť de
restituẽdo cauere: licet nõ de ꝓsequẽdo. Op. ad hoc. š. deposi.
de. l. si fine. dic † qñq; qs teneť ad rem actione personali descẽ-
dente ex contractu vel quasi celebrato gratia vtriusq;, vel gra
tia debitoris cõuenti: & tũc ĩdistinctè debet cauere de restituẽ
do: vt hîc, & l. si filio. §. si q. š. so. ma. si ꝟò* cõtract⁹* est celebrat⁹
4 gr̃a creditoris: tũc nõ teneť cauere, vt. l. si fine. š. depo. † Fallit ĩ ꝓ
curatore q adeo grauať ꝙ teneť de culpa leuissima. iõ grauať
etiã in cauẽdo: vt. l. si ꝓcurator. in fi. š. mã. & l. si pecuniã. §. sed
si. de cõdi. ob cau. si verò qs cõueniať actione reali: tũc indistin
ctè debet cauere, vt. l. si à bonę fidei. & l. si verò. de rei vẽdi. si ve
rò cõueniť actione personali in rẽ scripta: idẽ* est dicendũ* vt. l.
celsus. §. fi. ad exhi. Et per hoc dico ꝙ si iste quasi cõtractus qui
celebrať aditiõe hęreditatis: magis diceret celebrari gratia le-
gatarij q; hęredis: tũc hæres nõ teneť cauere ad instar deposita
rij, si cõueniret actione ꝑsonali: vt. l. si fine. š. deposi. qñ aũt di-
cať celebrari gratia hęredis. vel legatarij: dicã statim in versic.
culpa. ¶ Op. ꝙ seruus debeat peti nõ ęstimatio: vt. l. cũ seru⁹.
5 š. eo. Sol. † hîc dicit ęstimationẽ p̃standã: nõ tñ negat quin ser-
uus sit in obligatione. & ꝙ possit peti. vel dic ꝙ est in electiõe
legatarij vtrũ petat: vt. l. illud. §. j. de do. cau. mor. ¶ Op. ꝙ sta-
tim nõ possit cõueniri ad ęstimationẽ: vt. l. si cõstãte. §. si vxor.
6 ff. sol. ma. Sol. dic, † ꝙ vbi hęres est in dolo statim possit cõdẽ-
nari ad ęstimationẽ: vt hîc. si in culpa puto ꝙ sibi postulanti
debeat dari modicũ tp̃s ad inueniendã rẽ, & restituẽdã, vt ibi.
sic põt ĩtelligi. ĵ. ea. l. ver. itẽ si res. ¶ Venio ad ver. sed si stichus.
qui loquiť de alternatiua. ¶ Op. de. l. stichũ aut pamphilũ. in
prin. de so. Sol. ĩtellige istã scđm illã. ¶ Op. š. de noxa.* act. de*
l. si ad libertatẽ. vbi vno perẽpto liberať debitor in totũ. Sol. gl.
& malè. hîc in alternatiua vterq; erat in obligatione. ibi alter
tm̃. s. seru⁹. In hoc malè* loquiť. gl.* quia imo pecunia est in ob-
ligatione in cã noxali: seruus in solutione. vt. l. miles. §. decẽ. de
7 re iu. sed dic † ꝙ ibi q̃titas erat ĩ obligatiõe respectu speciei: vñ
specie perẽpta liberať. simile habeť ĩ. l. titię ĩ fi. š. e. & l. qdã. §. si
8 tibi. ĵ. e. & C. de iure emphy. l. j. & l. ĩ naue saufeli. š. loc. ¶ † Ve-
nio ad ꝟ. itẽ si res. No. ꝙ paria sũt rẽ nõ extare: & rẽ nõ reperiri.

Culpa. Qñ testm̃ videť factũ principaliter cã hęredis,
teneť de leuissima culpa. h.d. ¶ Op. ĵ. eo. de. l. si
seruus legatus. §. cũ qd. Sol. intelligas ꝙ hîc nõ teneť de leuissi-
9 ma culpa scđm glo. Hug. cõtra: vnde dic, † qñq; ille quasi con
tractus qui celebrať aditione hęreditatis per quã obligať hæ-
res legatarijs, & fideicõmissarijs, fit gratia legatarij, vel fideicõ
missarij tãtũ: qđ est qñ maior pars vadit ad legatariũ, vel fidei
commissariũ. & tũc hęres nõ teneť nisi de dolo, & lata culpa. l.
mulier. §. si hęres. ad treb. qñq; est celebrat⁹ cõtractus gratia hę
redis, vt qñ apud hęredẽ maior pars remanet: & tũc teneť etiã
de leuissima: vt hîc. Qñq; celebrať gratia vtriusq;: qa modicũ
plus vadit ad legatarios q; ad hęredẽ, vel econtra: & tũc teneť
de leui tm̃. hãc distinctionẽ facit tex. in. l. si seruus legatus. §. cũ
quid. ĵ. eo. Dices tu, nõne semper fit gratia hęredis, cũ apud eũ
remanet certa portio? Rñ. principaliter videť fecisse testator in
fauorem eorum quib⁹ plus relinquit: quia illud inspicitur qđ
principalius agebatur, vt. l. si quis. in prin. š. si cer. peta.

Item si fundus. Post moram periculũ interitus
pertinet ad hæredem. h.d. glos.
hîc intra illam. q. vtrùm debeat adhiberi distinctio: an res esset a
eo modo peritura penes actorem, vel non quod dixi plenè in
l. nemo rem. de verbo. oblig. l. quod te. š. si cer. peta.

a ¶ L. j. Adde quod consuluit Bal. cõsi. cccxix. iiij. lib.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei legatæ non transit recta uia in legatarium quando res hæredis est legata.*
2 *Legatarius qua actione agat pro furto commisso circa rem legatam?*
3 *Obligatio quando habet originem ex persona hæredis unus non tenetur ex facto alterius.*

LEX L.

SI hæredis seruus. Legatarius agit
cõtra hęredẽ ex
facto serui hęredis circa rẽ legatã. h.d. ¶ Op. legata
rius habet actionẽ furti. cũ recta via trãseat ad eum
dñiũ, vt. l. à titio. ff. de furtis. & l. legatũ ita. ĵ. ti. j. ergo non habet
actionẽ in factũ: qa cũ alia nõ cõcurrit, vt. l. quoties. de pręscri.
verb. Hui⁹ cõtrarij timore est facta tota gl. Rog. dicit ꝙ vniuer
sitate inspecta seru⁹ est hęredis, aliâs cõditio surrogať aut ipsa
re ꝑ se inspecta nõ hęredis, sed legatarij fit. fateor ꝙ vniuersitas
rerũ põt esse vni⁹: & tñ aliqua res singularis nõ est ei⁹, vt. l. ij. &
iij. de rei vẽ. & l. eũ q ędes. & l. rerũ mistura. de vsucap. tñ hîc cõ
syderať res singulariter, nõ prout est in vniuersitate. & sic nil
facit ad ꝓpositũ. Solu. ergo gl. vt hîc dicas in factũ. i. actio furti
ꝓpter factũ, nõ vt sit nomẽ actionis, vt ĩ. ij. & iiij. sol. quã tenet
Dy. & oẽs cõiter. vel dic scđm Iac. de are. legatari⁹ põt ĩtẽtare
actionẽ ꝑsonalẽ si vult, & realẽ si vult. vt insti. eo. §. nostra aũt.
Si ergo vellet eligere ꝑsonalẽ, & nõ realẽ: tũc ageret in factũ: vt
hîc. sed si eligeret realẽ ꝓ seruo. ꝓcedit hęc so. s. ꝙ ꝓ furto ageť

a ¶Dñium. Adde vltra Alex. Bal. cõsil. lxxiij. incipien. dñs asinarius. iij. lib. vbi ponit an testator possit transferre dominiũ rei heredis, licet hæres adeat hæreditatem.

furti. Azo soluit aliter, q hic res legata erat hæredis, non testatoris. No. secũdùm hanc sol. q† si legatur res hæredis, nõ trãsit dñium[a] recta via in legatarium. Contrarium no. in. l. ij. C. communia de leg. sed cum hac glos. cõcor. alia gl. in. l. papinianus. §. de serui. & in. l. titius. la. j. de act. emp. & l. hæreditatem. §. fi. ad leg. fal. & iste glo. sunt veræ. probatur in. l. si tibi homo. §. si fundus. j. eo. quæ qualiter inducatur ibi videbitis. & institu. eod. §. si res legata. ver. si verò heredis. & j. eod. l. si quis inquilinos. §. cũ seruũ. & j. qui & à quib. *manu. libe. nõ fiant*. l. hæres seruũ propriũ. & l. si seruum. §. de illo. j. de verb. obli. in glos. Est ergo ista vera sol. in se. sed quantũ ad. l. continet aliquam diuinationem. Sol. ergo alio modo q hęc hæreditas non erat adita. quod nõ placet per. l. à titio. de furtis. & l. huic scripturę. ad leg. aquil.

2 Ex prædictis† ergo distingue: aut legat̃ res hæredis aut res testatoris: & hoc casu: aut legatarius elegit pro re actionẽ personalem: & pro facto habebit actionem in factum: aut realem: & pro furto habebit actionem furti: vt ex prædictis patet.

Si vnus. Heres delinquens tenetur non coheredes. h. d. ¶Not. quando obligatio habet originem ex persona heredis, vnus nõ tenet̃ ex facto alteri⁹ simile habet̃ in l. fi. ad sylla. secus si ex persona defuncti: vt. l. ij. in fi. & l. eadem. §. Cato. j. de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Tempus certæ ætatis si adijcitur: quando requiritur q ultimus annus sit perfectus.*
2 *Dies ultimi anni an debeat esse completus? remißiuè.*
3 *Debitum annua, bima, trima die: an debeat solui in fine termini, uel qñ?*
4 *Tempus præstationis legati quando incipiat currere?*
5 *Vendito libro, & facto termino pro solutione pretij unius anni: terminus incipit currere à tempore perfecti contractus ultima perfectione?*

LEX LI.

b ¶Circa hoc quero. Vide Sali. in. l. ij. C. de cõtrahẽ. emp. facit quod voluit idẽ Bar. in. l. de diuisione. in. ij. col. post gl. ibi sol. mat.

POMATES.

Si cui legetur. Si legatum confertur in tempus certæ ætatis vltimus annus debet esse completus, vt debeat̃: & exinde dies pstationi adiectus currit, nisi pter scientiam testatoris aliud inducat̃. h. d. no. multũ. ¶No. q qñ adijcitur tps certę ętatis debet esse completus vltimus annus: & non sufficit q sit inceptus. ¶Scd'o no. q qñ debet̃ aliquid annua, bima, trima die: & sic p plures terminos debet solui in fine cuiuslibet termini. ¶Tertio no. q tps præstationis incipit currere à tempore testamẽti. ¶Op. glo. ad primũ de. l. si ita fuerit. de ma. test. sol. aliud est dicere cum erit. xiiij. annorũ: aliud quarto decimo anno, vt ibi: qd' non placet Pet. sed dicit esse speciale fauore libertatis. Ego tamen puto glo. bene dicere. Pro cu⁹†

1 declaratione distingue: aut tẽpus ætatis apponit̃ per genitiuum: vt cum erit. xiiij. annorum. & requirit̃ q vltimus annus sit completus, vt hic. hoc em̃ importat significatio verborum, vt hic. Aut per ablatiuũ, vt habeat in. xiiij. anno: & tũc sufficit quòd sit inceptus vltimus annus: vt. d. l. si ita. & l. j. §. quibus. j. de succes. edi. nam in quacũq parte anni fit. xiiij. anno fit. vnde significatio verborum hoc importat. Aduerte tñ quòd si verba executiua referuntur ad legatarium: debet habere intra annum qñ vult. ar. d. l. si ita *fuerit*. Si referũtur ad hæredẽ vel debitorem: tunc debet dare intra annum qñ vult: & sic põt in fine anni dare, vt. l. qui hoc anno. de verb. ob. si verò tps ętatis apponit̃ per accusatiuũ: tunc annus vltimus debet esse cõpletus: vt hic, & l. nõ putabã. de cõdi. & demonst. l. seius saturninus. ad treb. & ita sentit gl. sed hic est dubiũ qñ terminus apponit̃ p dictionẽ ad, cũ accusatiuo: videt̃ em̃ sufficere q quis appropinquet ad terminũ, vel eũ tangat, vt. l. si vitẽ. §. si ad ianuã. qd' vi aut clã. & l. quidã iberus. de ser. vr. pre. & dixi in. l. cætera. §. hoc senatus. s. eo. & ideo dic q hoc nõ est ex natura accusatiui: sed ex natura verbi peruenerit, vel peruenisset, qd' rẽ perfectã significat, vt. l. vrbana. la. j. §. fi. de verb. sig. & l. q pcurator. in prin. ff. de pcur. Idẽ si diceret, si venerit ad. xiiij. annũ. qa est futurũ subiũctiui: qd' rẽ perfectã significat, nõ cœptã, vt. l. j. in fi. cõiuncto princi. eiusdẽ. s. qd' quisq iur. ¶Sed si diceret legatarius habeat in anno. x. ętatis: vel in annũ. x. idẽ importaret. Prędicta fallunt in. l. qui filiũ. §. j. ad trebel. rõ ibi patet in tex. & in. l. ad rẽpublicã. j. de mu. & ho.

2 ¶†Quero an dies vltim⁹ vltimi anni debeat esse cõpletus? videatis in. l. qua ætate. s. de testa. facit ad pdicta qd' no. in. l. iij. §. minorẽ. s. de mino.

3 ¶†Op. ad scd'm de. l. iij. de annu. leg. Sol. intelligit̃ hoc scd'm illud. ¶Op. & videt̃ q debeat̃ in prin. cuiuslibet termini, vt. l. j. C. qñ di. le. ce. Sol. glo. ibi est legatũ annuum simpliciter: hic secus. Declaro: hic ab initio fuit legatũ vnũ, sed solutio diuisa per tpa, p hãc a dictiõnẽ, annua, bima, trima die: & sic illud tps adijcit̃ cã differẽdę solutiõis, & fauore heredis: meritò in fine anni debet solui, & p herede interpretat̃, vt hic, & l. lecta. ff. si cer. peta. quãq sunt plura legata annua: & tũc tps est adiectũ fauore legatarij, cã multiplicãdę obligationis: ideo in prin. cuiuslibet anni debet solui, vt. d. l. j. qñ di. le. ce. & s. j. co. tit. l. nec semel. Fallit si est relictũ annuũ rõne necessitatis: quia tũc debet solui tpe necessitatis imminẽtis. Itẽ fallit qñ pstatio est fiẽda de certo reddituu: tũc em̃ debet solui qñ redditus percipit̃, vt. l. nec semel. §. si in habitatione. j. qñ di. le. ce. & l. firmio. §. pater. cũ gl. e. ti. & plenè dixi in. l. qui hoc anno. de verb. obli.

4 ¶Ad tertiũ† dictũ op. & vr̃ q à die mortis: vt. l. q duos. §. j. j. de ma. test. & alibi dicit̃ à die aditæ heredtatis vt. l. si in diẽ. in prin. de cõdi. & demõ. & l. iij. §. si qs hæredi. de sta. li. vbi cedit à die aditæ hereditatis, etiã si sit dictũ q cederet à tpe mortis. Dic ergo: qñq dies apponit̃ dispositiõni: qñq apponit̃ cõditioni. Primo casu intelligit̃ à die mortis, vt. l. qui duos. §. j. de ma. test. Fallit si p testatorem aliud sit expressum vt hic: nã hic testator videt̃ voluisse q à die finitæ ętatis currat tẽpus annua, bima, trima die. Scd'o casu, si qdẽ cõditio est implenda in personã hęredis, incipit cedere à die aditæ hereditatis, vt in. l. iij. §. si qs heredi. de sta. lib. si verò nõ est implenda in personã hæredis: tũc à tpe testamẽti põt ĩpleri in vita, vel post mortẽ scd'm distinctiõnẽ. l. ij. de cõdi. & demõ. Sed cõtra hoc facit. l. thais. §. hęrede. de fideicõ. li. sed ibi debet impleri in psonã hęredis, nõ vt heredis, sed vt filij. ideo testamẽti tps inspicitur

5 ¶†Circa hoc qro,[b] ego vẽdo vnũ librũ, & facio terminum de

b ptio vni⁹ anni: qñ incipit currere illud tempus, an à tempore celebrati contractus, vel libri traditi? vel quid si fuit facta sub conditione: an currat tempore celebrati contractus, vel conditionis existentis? Dic q incipit currere à tempore perfecti contractus, vltima perfectione etiam traditionis, vt. l. tali facta stipulatione. in prin. de iure do. quod est multum no. sed contra hoc facit. l. j. §. biduum. quando ap. sit. sed vide per teipsum.

SVMMARIVM.

1 *Tempus certæ ætatis appositum grauato, quando faciat conditionem, uel diem? & nu. 3.*
2 *Dictio post, facit conditionem magis quàm dictio cum.*

Hoc autem legatum. Tẽpus certæ ætatis honorati facit conditionem. secus in tpe simplici. h. d. Quero quare vnũ tempus magis habeat conditionem q̃ aliud? Solu. dies simpliciter sine aliquo euẽtu est dies: quia certũ est euẽturũ. sed cũ aliquo euẽtu facit cõditionem. quia est dubiũ de illo euentu: & ita est hic. facit. l. iiij. in fi. s. de cõdi. insti. ¶Op. & videt̃ q tps certæ ętatis non facit cõditionẽ sed diẽ: vt. l. ex his. qñ di. le. ce. Dicit glo. solue vt ibi. Tu dic. ibi tps certę ætatis post legatum perfectum adijcit̃ præstationi: hic verò adijcitur substantiæ legati. ¶Sed op. quia cũ prestationi* tempus* apponit̃, facit cõditionem. l. quib⁹ diebus. §. quidã titio. de cõdi. & demon. Sol. si pręstationi adijcit̃ tps incertũ, facit cõditionẽ, vt ibi. secus si certũ tps. & hãc solutionẽ firmat gl. in. l. seius Saturninus. ad treb. & in. l. cũ testator. C. de ma. test. Op. de. l. si ita scriptũ. la. ij. de ma. test. Sol. ibi est speciale fauore libertatis. vt ibi dicit tex. Item oppo. de. l. seius saturninus. ad treb. Sol. ibi facit diem ex præsumpta volũtate defuncti, q̃ colligit̃ ex tribus: quia filius: quia minor: & qa paterna hęreditas est sibi debita. sed si qd' istorũ deficeret, nõ sufficeret. hoc dico vt eum adaptẽ ad istũ tex. ibi q si testamenti &c. vbi loquit̃ in filio: & facit cõditionẽ. ¶Itẽ opp. de. l. libertis. §. ab heredibus. de ali. & cib. leg. Iac. de are. dicit q constabat, q ibi voluit facere diẽ sed certè ibi loquit̃ qñ est dubiũ. quare ego dico quòd hic loquit̃ qñ tps adijcit̃ personę honorati: ibi quãdo adijcit̃ tps certæ ętatis personę grauati, & est rõ: quia. l. dicit q testator præsumit̃ magis diligere primum hęredẽ q̃ scd'm, vt. l. publius. §. j. de cõdi. & demon. Hoc

1 †premisso, quãdo tps certæ ętatis grauato apponit̃, voluit testator quod heres grauatus cum erit in illa ętate præstet: ergo multòmagis voluit q hæres illius hæredis pręstaret, cũ ipsum non tñ diligebat. sed qñ apponit̃ tempus ętatis honorati: tũc cum testator diligebat magis primum q̃ secũdũ hæredẽ: licèt velit dare primo: tñ nõ vult dare secũdo. ¶Sed hoc videt̃ contra casum. l. si ita fuerit. de ma. test. sed ibi fuit appositũ tps ętatis certæ psonę: & ius spãle in libertate ponit̃: sed sec⁹ est i alio legato qd' est de iure cõi. ¶Itẽ cõtra me facit. l. si seru⁹ liber. de sta. li. Rñ. ibi fuit tps appositũ p si: & sic cõditio: nõ fauore libertatis. Itẽ cõtra me videt̃ facere casus in. l. fideicõmissaria libertas. §. etiã. de fideicõ. lib. Sol. ibi fuit appositũ tps certę ętatis personæ grauati, p hanc dictiõnẽ post: q̃ facit cõditionem magis q̃ dictio cum: vt. l. inter illã. de verb. sig. vnde est idẽ qd' in dictione si: quæ facit cõditionẽ regulariter. Fallit fauore libertatis, vt. d. §. etiã. Sed cõtra prędicta facit. l. thais. §. libertatẽ. j. de fideicõ. li. Sol. ibi cõtinet ius cõe: nec est speciale fauore libertatis. Et id quod ibi dicit humaniore interpretatione &c. Intellige de illa humanitate quę debet fieri in qualibet vltima volũtate: vt in. l. in testamentis. de reg. iur. non q aliquid sit ibi

speciale

speciale fauore libertatis. Item facit contra me.l.si quis à filio.in princ.s.eo, secundũ intellectũ glo.sed rñdeo:substitutus non prestabat.s.incõtinẽti: sed adueniẽte tẽpore.xiiij.annorũ.sicut fit in.l.ex his.C.qñ di.le.ce.& tex. in.d.l.si qs a filio.hoc innuit.quare dicas tria verba.qñꝙ†tp̃s post legatum
2 perfectũ adijcit̃ p̃stationi:& tũc aut adijcit̃ tp̃s certũ,aut ĩcertũ.si verò tp̃s certæ etatis adijciat̃ substantiæ legati,& dubitat̃ an testator voluit facere diẽ,vel cõ ditionẽ:dic aut adijcit̃ tp̃s certæ ętatis honorati vel grauati, aut tertij.primo casu facit conditionẽ,vt hîc.scđo casu aut apponit̃ dies p cũ: & facit diẽ,vt.l.libertis.§.ab hęredibus.de ali.& ci.leg.& nõ ob.l.thais.§.libertatẽ.de fideicõ.lib.quia dico ꝙ ibi ponit̃ ius cõe,aut p si,vel p post:& facit cõditionẽ.fallit fauore libertatis,vt.l.si seru⁹ liber.de sta.li.&.l.fideicõmissaria.§.etiã.de fideicõ.liber.Tertio casu,facit cõditionẽ:nisi libertatis fauore,vt.l.si ita.j.de manu.test.Fallit si apparet expressè,vel tacitè aliqb⁹ coniecturis testatorem voluisse facere diem,vt.l.seius saturninus. ad treb.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor an posit esse iudex in causa rei principalis: & an etiam testis inter debitorem, & principalem? remissiuè.*

Sititio. Si legatarius grauatur soluere creditori defuncti hæres & fideiussor agere possunt,nõ creditor.h.d. ¶ Op.ꝙ legatũ valeat in persona creditoris: quia eius interest plures debitores habere,vt.l. iiij.in fi.de li.le.Sol.glo.pluribus modis.tene tertiam ꝙ non hîc reliquit cõtemplatione creditoris.qđ probatur in tex.in.l.fideicõmissa.§.interdũ.j. ti.ij.¶ Glo.vltimò tangit vnum verbum,ꝙ legatum valet ꝓ hoc interesse scilicet ꝙ habeo actionẽ bonę fidei:pro actione stricti iuris.qđ reprobaui in.l.si crediroris.in fi.s.eo.quia est contra casum in.l.aurelius.in fi.de li.le.
1 ¶ Vltimò Dy.†inducit hunc.§.ad duas.q.an fideiussor posit esse iudex in causa rei principalis.de qua vide in Specu.in tit.de iudi.dele.§.superest.
a versi.sed nunqd fideiussor[a].Scđo nunqd fideiussor posit esse testis in cã ĩter creditorẽ,& debitorẽ.De qua vide in Spe.de te.§.j.v.qd de fideiussore.

SVMMARIVM.

1 *Expressum si non ualet, an ualeat tacitum?*

LEX LII.

SI fideiussor. Vitiato expresso non vitiat̃ tacitum ęquè principale.h.d.¶ Op.si non va-
1 let expressum†nõ valet tacitũ:vt.l.itẽ.§.fi.s.de ser.ru.præ.Circa hoc Pe.facit vnã distinctionẽ quã Cy.recitat.C.de sac.sanc. eccle.in aut.ingressi. Tu breuius & clarius dic,qñꝙ est eadẽ rõ vitiãdi tacitum q̃ est vitiãdi expressum,vt si expressum fuit factũ dolo,vel metu:tũc vitiato expresso vitiat̃ tacitũ,vt.l.debitũ.C.de remis.pig.&.l.metũ.§.cum aũt.&.§.fi.qđ me.causa.Qñꝙ nõ est eadẽ rõ:& tunc aut actus celebrat⁹ est sufficiens ad disponendũ sup tacito,& expresso principaliter:& vitiato expresso nõ vitiat̃ tacitũ:vt hîc,&.l.j.§.j.in fi.qui.mo.pig.vel hyp.sol.Declaro,hoc legatũ põt relinqui tacitè,& nutu:vt.j.tit.ij.l.fideicõmissa.j.interdum.&.l.nutu.qđ hîc fuit factum.si verò actus celebratus non esset sufficiens ad inducẽdum tacitum principaliter,sed illud tacitum venit in quãdam consequentiam:tunc vitiato expresso vitiatur tacitũ,vt.l.si sponsus. §.j.de do.inter vir.& vxo.&.l.item.§.fi.de ser.rusti.præ.

SVMMARIVM.

1 *Hærede damnato per testatorem uendere fundum oblatione pretij facta per emptorem si hæres recusauit: uenditio erit perfecta, & dominium translatum.*
2 *Arbiter si compromisso facto mandauit fundum locari, & pars locauit, & postea locationi contrauenit, non incidit in pœnam laudi, sed locationis sic.*

Meminisse. Damnatus vendere intelligitur iusto pretio.h.d.
1 Dy.quęrit†de vna.q.in qua cõsuluit.si hæres dãnatus est vẽdere,& emptor obtulit pretiũ:hęres noluit accipere:an sit perfecta venditio:& an sit translatũ dñium? Quod Cy.tangit in.l.j.C.cõia.de leg.in.ix.q.qđ ego examino in.l.vxorẽ.§.agri plagã.j.titu.ij.Et de primo oẽs docuit ꝙ sic,vt.l.labeo scribit si mihi bibliothecam.s.de cõtrahẽ.emp. Sed de scđo videt̃ ꝙ nõ.nã est dãnatus ad factũ:vt.l.cõsilio.in fi.de cura. fu.& sic nõ est trãslatũ dñiũ.sed Dy.determinat cõtra.per.d.§.agri plagã. vbi dicit ꝙ petere põt:sed petere est agere in rẽ:ergo dñiũ est translatũ.Et hanc opi.dico verã:quia ille q dãnatus est vendere nõ est simpliciter dãnatus ad factũ,sed ad dandũ si dñs est,vt.l.ex empto.in prin.s.de actio.emp. & no.in.l.certi cõditio.in prin.s.si cer.pe.&.l.in conuentionalib⁹.j.de ver. obli.ergo fuit dãnatus ad dãdũ:meritò transfert̃ dñium incõtinenti si dñiũ erat apud testatorẽ.Sed contra hãc sol.facit qđ dixi in.l.seruũ filij.in prin. s.eo.vbi non trãsit qñ quis est tacitè grauatus.Sed rñ.ꝙ ibi est grauatus expressè,cũ verba hoc importẽt.ar.eorũ q̃ no.per Dy.& doc.in.l.sciẽdũ.j.de
b verb.obli.¶ Quæro de.q.[b]quã habui de facto.facta vẽditione si res euincatur:vtrũ posit agi actione ex testõ,vel debeat agi actione ex empto? Vel
2 ponet†in terminis in quib⁹ habui:arbiter condẽnauit partẽ ad locandũ domum in quinquenniũ.pars locauit domũ:sed non stat locationi.vtrũ possit peti pœna cõpromissi.an pœna apposita in cõtractu locatiõis? Dixi ꝙ liberatus est à pœna cõpromissi faciẽdo locationẽ:& agẽdũ est amodo ex contractu locationis.casus est in.l.in numerationib⁹.in fi.de solu.&.l.seru⁹ si hæredi.de sta.li.meli⁹ in.l.stichũ.§.si hæres.eo.ti.& gl.in.l.j.in fi.magnæ gl.C.de pact.sed cõtra me vr̃ casus in.l.fundi partẽ.de cõtrahẽ.emp.Solu. ibi fuit cõuentũ vt cõductor haberet:qđ nõ implet̃ sola locatione,sed per patiẽtiã in toto tpe.sed hîc fuit cõdẽnat⁹ ꝙ locaret:qđ sola locatiõe impletur.Idẽ cõtra me videt̃ facere casus in.l.inter castellianũ.de arbi.Sol.ibi arbiter diuisit,& voluit sic rẽ esse diuisam nõ aũt damnauit eos diuidere.& sic nõ implet̃,nisi in diuisione pmanserit.Itẽ cõtra me vr̃ casus in.l.si hęres.de act.emp.Rñ.ibi rei vẽditę accedũt multa:& ꝓ illis pñt agi actiõe prima:qa licèt cedãt vẽditioni:nõ tñ sunt empta,vt.l.naue.&.l.vacce.s.de euic.apponat̃ ergo ĩ sñia ꝙ locet,& ꝙ patiat̃ eũ ĩcõductiõe psistere,aliàs sola locatiõe ĩplet̃,vt.d.l.in nũerationibus.

a ¶ Fideiussor. Adde an fideiussor posit esse testis, Ang.cõsi.ccxcv.vide tamẽ qđ voluit Lu.Ro. de cessione. consil. ccclxxxij.

LEX LIII.

SI seruus.

SVMMARIVM.

1 *Legatarij contra quem agunt, quando sententia est lata contra hæredem non defendentem?*
Culpa quando posit imputari hæredi contra quem sententia lata fuit?
2 *Sententiam latam pro se quis non dicit iniustam, quando tota pro se est lata.*
3 *Turpitudinem suam quando quis allegare posit? remissiuè.*

Si hæreditatis. Sñia lata cõtra hęredẽ nõ defendentẽ,vel cul-
c pabiliter nõ appellantẽ,legatarijs nõ p̃iudicat:[c] & qs non põt suã turpitudinẽ allegare.h.d.¶ Opp.& vr̃ ꝙ p̃iudicet quo ad oẽs,vt.l.si superat⁹.§.j.de pig.
vt. ṡ. eo. l. ſi fundum. §. ſi libertus. Solu. ſecūdū. Iaco. de are. ibi, in
actione reali: loquitur hîc in perſonali. poteſt enim pro re aliena
quis actione perſonali teneri. vel dic ſecūdū eundē: qa ibi teſta-
tor grauauit quoſdam ſub nominibus appellatiuis: hîc ſub pro-
prijs. tu dic quòd ibi fuit grauatus vnus in ſpecie hęreditaria. hîc
verò in re propria ipſius hęredis. vnde tenetur hęres inſolidum.
ita dicit Dyn̄. hîc, & Guli. in. l. auus de pac. & gl. innuit in. d. l. mę
uius. §. eum qui. ĵ. tit. j. Sed conrra hoc videtur. ĵ. eod. §. ſi fundus.
ideo dic ꝙ vna ſpecies legatur ſemel tantùm ab omnibus hære
dibus: & ita loquitur. §. ſi fund⁹. aut legatur ſemel tātùm ab vno
hęrede: & dic vt dixi in. d. l. ſi fundū. §. ſi libertus. aut legatur plu
ries à diuerſis hęredibus. & tūc aut fuit dictū ꝙ quilibet inſolidū
6 teneretur, aut non: quod patet ex prædictis. ¶ Ad tertiū op.† &
videtur ꝙ licèt vnus ſoluat, res poſſit vēdicari pro partibus alio-
rum, vt. d. l. męuius. §. eum qui. ĵ. ti. j. Sol. ille. §. legitur duobus mo
dis. Primò prout intelligitur in re quę erat vnius ex hęredibus,
expone ibi tex. ab omnibus nō quęrere. i. à nullis quęrere ſecūdū
Dy. & concordat cū iſta. Sed prout intelligitur pro re hæredita-
ria. apparet ſol. quia ibi fuit legara res vnius ex hæredibus. vnde
pro parte aliorū non poteſt tranſire dominiū in legatarium. vn-
de ſolutione facta de ęſtimatione, alij liberātur. vt hîc. ſed ibi fuit
legata res hęreditaria. vnde ſi vnus ſoluit ęſtimationē, non impe
dit quin pro partibus aliorū tranſeat dominium. & ſic legatarius
poterit vendicare. ille ergo qui ſoluit protinus ęſtimarionē, repe
7 tet partē illorū, tāꝗ indebitā, vt ibi videbitis. ¶† Quęro an hęres
ſpecialiter obligatus, ſi ſoluit, habeat regreſſum cōtra alios hęre-
des? Reſpon. in caſu huius. §. quando reperiuntur alij ſpecialiter
grauati: tunc habet regreſſum cōtra eos, ſed qn̄ alij non ſunt gra
uati: tūc ſec⁹, imo plus. qa qn̄ eſſet res hæreditaria eo caſu quo te-
neretur inſolidum, ſolus deberet partē redimere. à cohæredibus,
vt. l. cum quaſi. §. ſi plures. de fideicom. lib.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei legatæ quòd tranſeat uerè à die aditæ hæreditatis: fictè, à tempore mortis.*
2 *Dominium rei legatæ ſub conditione, quòd ſit legaterij à tempore exiſtentis conditionis poſt mortem teſtatoris, & aditam hæreditatem.*
3 *Acquiſita per ſeruum legatum ante mortem teſtatoris, quando debeantur legatario?*

Cum ſeruus. Rei legatę verè dominium tranſit ab
adita hęreditate. & eodē modo deben
tur quę rei legatę accedunt. h. d. ¶ No. tex. ibi, vel hęredis vel le-
1 gatarij ad id quod. j. dicam. ¶ † Op. ꝙ legatarij dicuntur domini
à tēpore mortis, vt. l. à titio. ff. de furt. & l. ſed ſi dānū. §. j. ṡ. de pec.
Sol. dicit glo. illud ſecūdū fictionē: iſtud ſecūdū veritatē. Dic cla
rius, vt ex hoc textu colligiꝛ: ſi quidē legatarius repudiat, nun-
quàm videꝛ fuiſſe ſuū, vt dicit hîc & ī. d. l. ſeruū filij. §. j. ṡ. eo. vbi
verò legatari⁹ acceptat à tēpore mortis, diciꝛ fuiſſe ſuū ſecūdū fi-
ctionē, vt. l. à titio. ĵ. de fur. & d. l. ſed ſi damnū. §. j. A tempore adi
tę hęreditatis fuit ſuus verè, vt hîc. tamen reuocabiliter: qa pote
rat repudiare à tēpore acceptationis verè, vt hîc. & not. in. l. ſi qs
ita. ṡ. de condi. inſtit. & hoc eſt verū in re legata purè. nā ſi eſt re-
cta ſub conditione, ſi quidem conditio ęxtitit ante aditam hære
ditatem, & poſt mortē teſtatoris: eſt idem quod ſuprà ſed poſt
2 mortem† teſtatoris, & poſt aditam hęreditatem: tunc eſt legata
rij à tempore exiſtentis conditionis, nec fingitur retro ſua à tem
pore mortis: vt. l. j. §. ſerui. ṡ. ad ſyllania. & ĵ. eo d. l. legatum. §. fin.
& hoc ſentit gloſſ. hîc ſuper verbo, in ſuſpenſo. ¶ Opp. ĵ. eod. de
3 l. quæſitum. §. penul. Solu. ea quę ſeruus† quærit ante mortem te
ſtatoris, ſine dubio non pertinent ad legatarium, vt in cōtrario.
Sed ī his quę quærit poſt mortem, diſtingue: aut fuit legata res
aliena, & non debetur legatario, niſi à tempore mortis. Idem in
fructibus ex re aliena legata perceptis: vt. l. herennius. ſuprà de
vſur. & C. de vſur. & fru. leg. l. j. & ij. ſed ſi teſtator legauit rē pro-
priam, tunc quęſita poſt aditam hæreditatem ſunt legatarij ve-
rè: ita quòd ea poteſt vēdicare, vt hîc. Sed quęſita ante aditam
hęreditatem ſunt hęredis: ſed ea debet reſtituere legatario: & pro
illis non competeret vendicatio: licèt pro his competat actio. q.
dam contrarium tenēt: vt dixi in. l. ſeruo legato. in princ. ṡ. eodē.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non poteſt actione perſonali ex teſtamento conueniri, niſi pro hæreditaria portione, etiam ſi inſolidum rem legatam poſſideat.*
2 *Dominium rei hæredis legatæ non tranſit in legatarium.*

1 **Si fundus.** Actione† perſonali ex teſtamento non po-
teſt conueniri hæres, niſi pro hæreditaria
portione, etiam ſi inſolidum rem poſſideat. hoc dicit. ¶ Oppo. ṡ.
e. l. §. j. Solu. vt ibi dixi. ¶ Oppo. rei legatæ tranſit dominium
in legatarium: vt. ṡ. proxi. §. ergo ſi poſſidet, poteſt conueniri in-
ſolidum: vt. l. ij. in fin. de præto. ſtip. Solu. ſi tranſiret dominium,
contrarium eſſet verum. ſed hîc legata fuit res hæredis non teſtā
tis: ideo non tranſit dominium hîc, ſed agendum eſt actione per
ſonali quæ non poteſt dari, niſi pro hæreditarijs portionibus, vt
2 hîc. ergo hîc† eſt caſus ſi legatur res hæredis, non tranſit domi-
nium in legatarium: vt dixi in. l. ſi hæredis ſeruus. ṡ. eod. ¶ Opp.
ꝙ teneatur ſolus ille cuius eſt res: vt. l. fideicommiſſaria. §. ij. j. de
fideicom. liber. Solu. ibi teſtator putabat rem eſſe hæreditariam,
qn̄ noluit cohæredes grauare, vt redimant: hîc ſciebat eſſe vni⁹
ex hęredibus. ¶ Op. ꝙ etiā actione perſonali poſſit poſſidēs in-
ſolidum conueniri: vt. l. iij. §. hęres. ṡ. commo. Sol. patet ex his quę
ibi dixi. & in. l. iiij. §. Cato. in. iij. oppo. infrà de verbo. obli.

Valet. Dicit idem quod. l. ſi domus. §. fin. in fin. ṡ. eodem.
ideo dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cui eſt factum prælegatum, quando ſit, quòd illud non conſequatur?*

LEX LXXXIX.

Filio pater. Suus, vel emancipatus ſi ſe abſti
net, prælegatum in totum conſe
quitur, niſi teſtator aliud voluerit, vel prælegata lo-
co hæreditatis poſuerit. h. d. vſq; ad. l. quęſitum. In. l.
nam nec. in text. ibi, prætor enim permittendo. dicit Dyn̄. quòd
probat rectā eſſe ſimilitudinē inter filiū emancipatū, & in pote
ſtate patris exiſtentē. ¶ Opp. de. l. miles. §. pro parte. ĵ. ti. j. ſo. gl.
ibi priuatur hæreditate moriendo: hîc repudiādo. & aſſignat ra-
tionem quā vide: qa primo caſu conditio prælegati non exiſtit
eo viuo: ſed ſecundo caſu ſic: & hæc eſt vera ſol. licèt gloſ. ponat
alias ſol. ſed iſtam tene. ¶ Sed contra hoc opp. ſi ineſt tacita con
ditio ſi repudiauerit. ergo non impedit tranſmiſſionem: vt l. con
ditiones extrinſecus. de cond. & demon. ſolu. hęc eſt conditio ta
cita dependens ex voluntate legatarij, aliâs ſecus. dicam in. l. cō
traria. ¶ Oppo. de doli excep. de. l. fin. §. fin. ſolu. ibi legatum ha-
bebat in ſe aliam conditiouem ꝗ iſtam ſi hæres non erit. quia cō
ditio appoſita in inſtitutione videbaꝛ repetita in legato. ¶ Op.
de. l. ſi patroni. §. quid ergo. ad trebel. Dyn̄. quòd ibi fuit filius ſo
lus inſtitutus: vnde repudiando impugnat defuncti iudiciū. hîc
autem habebat cohæredem: vnde repudiando defuncti volunta
tem non impugnat: vt hac. l. filio. in fin. & l. quæſitum. de acqui.
hære. & l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. ad trebel. Ex his diſtingne,
1 † aut hæres cui eſt aliquid prælegatum eſt excluſus morte: & nō
conſequitur prælegatum pro parte ſua: vt. l. miles. §. pro parte. ĵ.
titu. j. aut eſt excluſus conditionis defectu. & idem eſt dicendum
vt. l. fin. de do. excep. §. fin. aliâs. ĵ. titu. j. aut eſt excluſus repudia-
tione: & tunc aut conſtat de voluntate teſtatoris tacita vel ex-
preſſa, & ſtamus ei. vt dictis. ll. aut dubitatur: & tunc aut fuit in-
ſtitutus ſolus: aut cū alio, vt patet ex predictis.

SVMMARIVM.

1 *AEquiparatio ſui & emancipati procedit quādo ſuo hoc eſt utile ut exiſtentia ſui hæredis nil operetur, & propter beneficium abſtinēdi. nu. 4.*
2 *Mors & aditio an patiantur medium in ſuo hærede? remiſſiuè.*
3 *Suus & neceſſarius an in dubio præſumatur immiſcere? remiſſiuè.*

LEX XCI.

Nam nec. Oppo. quia in multis exiſtentia
ſui hęredis etiā hodie aliquid ope
ratur: vt. l. apud hoſtes. de ſuis & legi. hęre. l. filius. & l.
1 iulianus. ṡ. de acqui. hęre. Sol. iſta† æquiparatio ſui, &
emancipati, procedit quando ſuo hoc eſt vtile: vt exiſtentia ſui
hęredis nil operetur. ſecus ſi ei eſſet damnoſum: vt in contrarijs.
probatur in. l. ſi filius patri. in prin. ṡ. de vulg. & pupil. ſubſti. &
2 ibi dixi. ¶ † Quęrit Dyn̄. an inter mortem, & aditionem ſit me-
dium in

a ¶ Quid ergo. Adde vt per Paul. de caſtro conſi. lxiiij.

* ¶ Pro concordia. Aduerte ꝙ donatio oīm bonorum ſuorum, præſentiū & futurorum, non valet. Bart. in. l. fin. C. de pac. in. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de ver. ob. quaſi auferat liberā teſtandi, facultatem. Sed Alex. alle. Bar. tenere contrarium in hac. l. quęſitum. §. pe. tu dic ꝙ Bart. format diuerſas. q. quia in. d. l. fi. & in. d. l. ſtipulatio. format qō. de qua in hoc. §. pe. quādo donans vtitur verbo hæreditatē meā dono &c. quaſi erret in hoc nomine appellatiuo hęreditas: quæ non dicit̃ eſſe viuētis, vt in iurib⁹ p̄al. & in. l. j. ff. de hr̄. vel act. vē. & ſic concludit valere. non ob. illo errore quaſi ſint cōformia verba, dicere omnia bona, & dicere hæreditatem. Vel & ſecundo dic ꝙ in hoc. § pe. recitat opi. Vel vltimò ſol. ſecūdùm Alex. aut intellexit de hęreditate ſcilicet ſecundùm bona quę tunc p̄ntialiter habebat, & valet, & procedat ſecunda opi. aut voluit donās referre ad oēm hæreditatem, hoc eſt ad oīa bona p̄ntia & futura. & tūc non valet, & procedat. prima opi. eſt ſubtiſis ſolu. ſed tutior prima. adde ad ea quæ habent̃ ad Ang. & Pau. de ca. in. l. pœnales. ī pri. ad. l. falc. ad Pau. in l. licet. C. de pac.

diū in hęrede ſuo. De quo ſunt gl. varię. dixi in. l. fi.
3 ſuprà de condi. inſti. Item queritur † an ſuus & neceſ
ſarius indubio pręſumatur immiſcere. dic vt dicam
4 in. l. filius & l. eū bonis. de acq. her. No. † ęqparationē
inter ſuū, & emācipatū ꝓpter beneficiū abſtinēdi.

SVMMARIVM.

1 *Prælegata aſſumunt naturam hæreditatis. quando diuiditur per teſtatorem hæreditas, uel maior pars eius inter filios.*
2 *Prælegata quòd ueniant in fideicommiſſo, quādo teſtator omnia bona, uel maiorem partem diuidit inter filios.*

LEX XCII.

a Quid ergo. [a] Opp. s. e. de. l. filio. & l. q filiab⁹ ī fi. cū l. ſeq. Hîc ſunt plures gl. p̄ria & ſecunda qd dicat neſcit. Penultima & finalis ponit veritatē. nā hîc in ver. planè. repudiādo excludit̃ à pręlegatis: qa diuidēdo oīa bona vel maiorē partē
1 inter filios, apparet volūtas defuncti: qa † prælegata ſuccedūt ī locū portionis hęreditarię ſibi datę ī teſtō, vn̄ ſicut diuiſiōe facta p teſtatorē. nihil habitur⁹ eſſet ſi repudiaret hęreditatē it a mō: aſſumūt em̄ ſibi naturā hęreditatis p̄legata in cuius locū ſuccedūt, vt. l. Imperator. §. fi. & l. ſeq. ī. ti. j. & de cōdi. & demō. l. filiæ. §. j. & de do. inter vi. & vxo. l. ſi donatę. §. ſi ſpōſus. ſe-
2 cūdū Dy. qđ multū no. nā † p hoc puto ꝙ eo caſu quo aliàs pręlegata nō veniūt in fideicōmiſſo: qa teſtator portionē noīauit: tn̄ iſto caſu quo oīa bona, vel maiorē partē inter filios diuiſit, veniūt ī fideicōmiſſum ſicut hæreditatis portio. caſus eſt hîc. videbitis in. l. marcellus. §. quidam. infrà ad trebel. quod not.

SVMMARIVM.

1 *Aduentitia hodie non queruntur per filium patri.*
2 *Aduētitia dicūtur ea quæ habet nepos ab auo reſpectu patris.*
3 *Legatum factum à patre filio qui eſt in poteſtate aui tenet.*
4 *Profectitia non dicuntur ea quæ couſequitur nepos ab auo materno quo ad patrem.*

LEX XCIII.

Quæſitum. A filio inſtituto poteſt legari patri, vel alteri cuicūq; in eadē ptāte cōſtituto. h. d. Hęc. l. legit̃ duob⁹ modis Primò ꝙ fili⁹ fuit inſtitut⁹ à patre ſuo. Secūdò quòd fuit inſtitut⁹ ab extraneo: vt in prima gl. ¶ Op. ꝙ à patre nō pōt legari filio. vt inſti. eo. §. an ſeruo. ſecūdū primā lect.
1 oportet te dicere ꝙ iſta. l. loqt̃ ſecūdū iura noua † ſecūdū q̄ aduētitia nō q̄runt̃ p filiū patri: & hoc tagit̃
2 in fi. gl. fi. & ſecūdū hoc no. † ꝙ ea q̄ nepos habet ab auo: dicūt̃ aduētitia reſpectu patris. vt hîc, & no. in. l. à filio. s. eo. facit. l. q in aliena. §. interdū. s. de acqui. hęre. & hoc licèt in ſe ſit verū: tn̄ nō cōgruit huic. l. quę loquit̃ in filio & ſeruo. in ſeruo nihil eſt immutatū. vnde nō pōt dici ꝙ loquat̃ ſecūdū iura noua. Teneamus ergo ſecūdā lec. ꝙ fili⁹ hîc fuit inſtitut⁹ ab extraneo. Ad cōtrariū r̄ndeo: qa ibi ꝓhibet̃ legari à patre
3 filio q eſt in ipſius ptāte. hîc † legat̃ à patre filio q eſt in ptāte aui, nō patris. à quo legat̃: & eodē mō ſi legatur ſeruo patris: qđ valet acſi legaret̃ ipſi pr̄i, vt hîc dicit tex. Rōnē vidiſtis in. l. à filio. s. e. & iſta eſt vera.
4 gl. dat alias ſol. quę ſunt diuinatiuę. Ex hac. l. no. † ꝙ illud ꝙ nepos cōſeqt̃ ab auo materno, nō dicit̃ ꝓfectitiū, quo ad patrē ī cui⁹ ptātē reincidit. facit. l. au⁹. de iure dotiū. & de col. bo. l. dedit dotē. qđ tene mēti.

SVMMARIVM.

1 *Medium non eſt inter mortem & aditionem.*
Neceſſarius in puncto quo moritur efficitur hæres.
Interuallum temporis requiritur in facto hominis.

Præſente. Si libertatis dies, & legati cedit ſimul, vel libertatis prius, valet legatū. ſec⁹ ſi pri⁹ cedit dies legati. h. d. & not. ſubtilē. §. ¶ Op. j. ti. ij. de. l. q cōcubinā. §. cū ī teſtamēto. Sol. hîc relinqt libertatē ſub conditione legatā purè hoc exprimēdo: aliàs ſi ſimpliciter legaret, cōditio adiecta libertati vr̄ repetita ī legato: vt. l. cōtraria. ¶ Op. de. l. cū ſeruus. s. de cōdi. inſti. ſol. eodē modo. Quęro pone ꝙ inſtitutus eſt hęres neceſſarius. tn̄ ſeru⁹ mortuo teſtatore incōtinenti impleuit conditionem: an cōſequat̃ legatū. Gl. dicit ꝙ ſic. Idē dic ſi fuerit īpleta cōditio teſtatore viuo. Sed Dy. reprehēdit vtrūq;.
1 † Primū, qa inter mortē, & aditionē nō eſt mediū, dicit ipē. declaro, neceſſarius ī pūcto quo qs morit̃ efficitur hęres à lege, vt. l. ſi poſt mortē: in prin. s. e. ſi ergo ſeru⁹ īpleat cōditionē poſt mortē, iſtud de neceſſitate fit aliquo tpe: & ſic poſtq̄ ibi eſt hęres. qn̄ enim factū hoīs relinquit̃: reqrit̃ aliquod interuallū tp̄is: vt l. foramē. s. de ſer. vr. prę. ergo ante ceſſit dies legati q̄ libertatis. ſecus ſi impleuit teſtatore viuo. Dyn. hoc reprehendit: qa cōditiones poteſtatiuę de quibus hîc loquit̃, nō poſſunt impleri viuo teſtatore: vt. l. ij. de condi. & demon. ſed intelligendo de conditionibus caſualibus gloſſ. dicit verum. ¶ Not. gloſſ. quę dicit, ꝙ inter mortem, & aditionem non eſt medium.

Duobus. Si ſeruo legato viuo teſtatore obuenit libertas, relictū eidē debet̃.

SVMMARIVM.

1 *Donatio an ualeat, ſi dicitur dono tibi hereditatem meam?*
2 *Error in nomine appellatiuo uitiat, quando inter expreſſum & uerum eſt multa difformitas.*

* Si mihi ſeruus. Ea q̄ acqrunt̃ p ſeruū viuo teſtatore nō debent̃ legatario. ſecus in q̄ſitis poſt mortē, & aditā hęreditatē. h. d. cū. §. ſe. ¶ Op. de. l. ſi tibi homo. §. cū ſeruus. s. e. Sol. vt ibi. ¶ Op. hîc appellat hęreditatē viuētis: cōtra. l. j. s. de hęredi. vel ac. vē. & cōtra. l. j. j. pro hęrede. Solu. gl. expone hęreditati. i. bonis q̄ ſpe ſunt
1 futura hęreditatis. Facit † ad. q. [b] dixit qdā. dono tibi
b hęreditatē meā, an valeat iſta donatio? Quidā tenēt ꝙ nō: qa teſtōr errauit in noīe appellatiuo: ergo &c. vt. l. ſi qs in fundi vocabulo. s. e. Ia. de are. & Pe. dicūt
2 cōtrariū. † qa tūc error in noīe appellatiuo vitiat, qn̄ inter nomē exp̄ſſum, & verū eſt multa difformitas. ſec⁹ ſi eſſet multa cōformitas: vt. l. librorū. §. qđ tn̄. j. ti. ij. ꝓ hoc īduco ſpāliter iſtū. §. cū gl. Petr. ponit iſtā q. in brocardis ſuis in. d. l. j. ſuprà de hęre. vel ac. vend.

Cum homo. Si legat̃ homo alienus, fructus & acceſſiones veniūt à tpe lit. cōte. h. d. dic vt. l. ſi tibi hō. §. cū ſeruus. s. eod.

SVMMARIVM.

1 *Conſentiens alienationi alicuius rei, quando ſibi præiudicet?*
Legatum eſt donatio.
2 *Cōſentiēs alienationi, ſeu uēditioni rei qua actione agit ad pretium?*
3 *Conſentiens donationi rei ſuæ nihil petere poteſt.*
4 *Conſentiens alicui leganti rem ſuam qua actione agat?*
5 *Conſentiens uendenti rem ſuam non quòd tradat, agit contra uendentem actione mandati.*

LEX XCIIII.

Si fundū. Qui cōſentit alienationi rei à teſtatore purè ſibi relictę: poteſt adhuc petere p̄tiū: licèt hæres ſoluēdo rē leberare ſe poſſit. h. d. & no. l. difficilē. ¶ Pone, relictus eſt mihi fundus ſub cōditione: hæres ante aditionē rogauit me ꝙ cōſentirē vēditioni: ego feci: an poſſum petere p̄tiū? R̄n. ꝙ ſic. Duo habes, primò ꝙ ille q cōſentit alienationi p̄iudicat ſibi ī re, nō ī pretio. ſecūdò qn̄ aliqs tenet̃ ad pretiū: & ſic ad quātitatē reſpectu rei, ſoluēdo rē liberat̃. ¶ Ad primum opp. j. ti. j. l. codicillis. §. j. ſol. dic ꝙ hîc cōſentit ſaluo iure ſuo. ita dicit gl. & hoc tenet Dy. & tenēdo hāc ſol. intelligo quod dixit ſaluo iure ſuo. ſ. in p̄tio. aliàs nō p̄iudicaret ſibi etiam in proprietate. Pet. dicit ꝙ hic fiebat vēditio ꝓpter ęs alienū hęreditariū, & ſic ex neceſſitate: ibi ſecus. Pręcedēs ſolu. ſibi non placet: qa cōtinet diuinationē. Certè nec iſta ſolu. Pet. placet: qa ſi fit ex neceſſitate, eſt maior cauſa præſumendi donationem: vt. l. cum quid. s. ſi cert. pet. & ibi no. vnde ego dico ſic. ī. l. cōtraria nō erat legara res, ſed aliquis reditus ex re: vnde conſentiendo alienationi rei, non pōt ibi intelligi remitti aliud q̄ ius percipiēdi illū reditū. Vel aliter: ibi ille q cōſenſit erat libertus defuncti: ideo facilius p conſenſum præſumitur donatio. vt. l. ſi verò. §. idē papinianus. s. mā. hîc verò erat quidā extraneus. & iſtud ſatis placet.
c op. j. e o. de. l. nihil. §. j. & j. ti. j. l. cū pater. §. libertis. ſol. gl. eodē mō quo primum cōtrariū. Tu dic ꝙ ibi res erat puētura ad me in pœnā hæredis alienātis cōtra voluntatē defuncti: ſi ego cōſenſi alienationi, feci ꝙ hęres nō deliquit: ergo impediui id quod erat cauſa perueniendi ad me. hîc verò erat res mihi legata ſimplr̄. ¶ Oppo. extra glo. [c] de. l. mater. C. de rei vēd. ſol. Iaco. de are. ꝙ ibi quis vendidit rem meam à me poſ-

b ¶ Facit ad. q. Vide qn̄ quis dicit dono tibi hęreditatē meā an valeat. & ſic accipitur in hac qō. hęreditas pro patrimonio. aliâs autem non tantū eſſet prohibitum donari inter viuos, ſed etiam cauſa mortis, q̄ cōparatur vltimæ volūtati: ita voluit gl. not. iuncto tex. in. l. licet. C. de pac. Angel. hìc ſimpliciter dicit idem qđ Bar. & idē Paul. de caſ. hic & Bal. hîc, quē vide. caue tamē: qa ſi conſtaret ꝙ promiſiſſet hæreditatē. i. ius ſuccedendi non valeret. l. cum donationis. in fine. C. de tranſact. not. Bal. & doct. in. l. ſtipulatio. hoc modo. concepta de verb. obl. cū ſi. niſi fieret mētio mortis: quia tunc pacto valeret, per not. in. l. fin. C. de pact. vbi omnino vide Bar. in ver. quæro. & ibi ponit quid de hac. q. dono hęreditatem. & videtur tenere ꝙ non valeat, & forte melius: quia impediret liberam teſtamenti factionem. l. cum donationis. C. de tranſact. & . d. l. ſtipulatio. qa cōprehendit pręſentia & futura ſecūdū Cy. Bar. & Bald. in. d. l. fin. niſi expreſſè ſe retuliſſet ad hęreditatem quā tūc habebat, & iſto caſu procedat dictum Bar. & cum Barto. hîc tranſit ſimpliciter Paul. de caſ. in d. l. licet. & ibi ſcripſi poſt Bar.

POMATES.

c ¶ Opp. extra glo. Vide Alexan. in. l. quę dotis. in. x. col. aliâs. xx. ver. inquātum. Bar. tamen tenet hoc. ff. ſol. mat. Feli. in. c. cum martinus Ferrarienſis in. ij. col. de conſti.

sessam.hîc vendidit rẽ meã à se possessam.Hæc sol.
est cõtra.l.si eũ seruũ.s.si cert.pe.vnde dicit ꝙ ibi ha
bebat ratũ in subsidiũ scd̃m gl.vel aliter & meli⁹:ibi
quis vendidit rẽ meã vt suã:hîc vendit rẽ meã tanq̃
meã:vnde vr̃ gerere negotiũ meũ.& ego cõsentiẽdo
videor vel mãdare,vel ratũ habere,& sic habeo ad
pretiũ actionẽ mãdati,vel neg.gest.Ista solu. ꝓbat
in.l.ab vno.C.de neg.gest.& fami.erc.l.in familiæ.
Quod aũt hîc vẽdiderit tãq̃ meã,apparet:qa mei le
1 gatarij cõsensum reqrebat.¶ Et ideo† pro declara-
tione huius.l.breuiter dic ꝙ qñ qs cõsensit alienatio
a ni[a] alicui⁹ rei,aut illa res erat sua:aut erat sibi debita:
aut sibi obligata. Primo casu,aut ille qui vẽdidit rẽ
eandẽ mihi donauerat:& videor consentire animo
donãdi,vt.l.si verò.§.idẽ papinianus.s.mã.aut non
donauerat i pse:sed auctor suus donauerat:vel lega-
uerat:qa legatũ est donatio:& sic donauit prędeces-
sor:& tũc aut ille q cõsentit erat libertus ipsius legã
tis,& cõsentiẽdo videt̃ remittere,vt.l.codicillis.§.j.j.
ti.j.aut nõ erat libertus:& tũc prȩiudicat sibi in re,
nõ in pretio.vt hìc.Secũdo casu qñ res nõ erat con-
sentiẽtis:sed erat debita,vel spe vel verè:tũc aut qs
cõsentiẽdo alienationi impedit existẽtiã illius cõdi
tionis,ꝓpter quã debebat ad se peruenire:& prȩiu-
dicat sibi,vt.l.nihil.§.j.j.eo.&.l.cũ pater.§.libertis.j.
tit.j.aut hoc nõ impedit:qa ex alio euentu debebat
ad eũ deuenire:& sibi tũc nõ p̃iudicat,siue sciẽs,siue
ignorãs fuerit.vt no.p gl.in.l.si à substituto.in prin.
s.eo.& p Dy.in.l.q Romȩ.§.duo fratres.de verb.ob.
& dic vt ibi dixi in.xij.q.Tertio casu,qñ qs consen-
tit alienationi rei sibi obligatȩ.dic vt.s.de remis.pig.
p totũ:& dixi anno in.l.sicut.§.fin.s.q.mo.pign. vel
b hypo.sol. ¶ Oppo.s.[b] de pig.act.de.l.Caius.&.j.ti.j.
l.titia.§.lucia.So.ibi nõ cõsensit alienationi:sed fuit
prȩsens vt testis:quod plenè dico ĩ.l.quȩ dotis.s.sol.
2 ma. ¶†Quero ꝓ declaratione prȩdictorũ qualiter
iste petet pretiũ,& qua actione.Respõ.aut ille cui
vẽdenti cõsentio alienauit illã rẽ vt meã:& repetam
actione mãdati:si tũc interuenit cõsensus cũ vẽdeba
tur.si post,actione nego.gest.vt.l.ab vno.C.de neg.
gest.& l.mater.C.de rei vend.vel si res esset cõis ali
quo iudicio diuisorio.vt.d.l.in familię.C.fa.ercis. Si
verò vẽdidit rẽ meã vt suã:si qdẽ res esset perẽpta,
vel prȩscripta,habeo actionẽ neg.gest,ratũ habẽdo
in subsidiũ.vt.C.de rei vẽd.l.mater,Posset etiã mihi
cõsuli ratũ habẽdo:etiã si res extet.vt dixi in.l.si eum
3 seruũ.s.si cer.pet.¶†Quȩro qd si cõsentio alicui do
nãti rẽ meã?Rñ.vt.l.codicillis.§.j.j.tit.j.nã nihil pos-
sum petere.arg.l.ij.C.si aduer.dona.&.l.si seruus cõ-
4 munis.s.de dona.inter virũ & vxo.¶†Quȩro qd
si cõsentio alicui legãti rẽ meã?Hîc est dubius casus
nã si cõsentio tibi possidenti,nõ est dubiũ quòd dat̃
exceptio,vt.l.caius.s.de pig.act.&.l.sicut.§.vẽditio-
nis.s.qui.mo.pig.vel hyp.sol.sed ꝙ actio legatario
detur cõtra cõsentiẽtẽ,videt̃ cõtra.l.cũ qs decedens.
in prin.j.titu.ij.Sed hȩres defuncti tenet̃ insolidũ:&
habet actionẽ mãdati:vel de dolo cõtra cõsentiẽtẽ:
qa fortè aliàs nõ esset legaturus.ar.l.quidã cũ filiũ.s.
de hȩre.insti.dic vt.d.l.cũ quis dicedẽs.j.ti.ij.& in.l.
5 codicillis.in prin.j.ti.j.¶†Quȩro quid si cõsentio ti-
bi ꝙ vendas rem meã,nõ ꝙ tradas,qua actione aget̃
contra me?Resp.actione mãdati:si præcesserit man
datum,aliâs de dolo:vt.l.si cum mihi.s.de dol.

SVMMARIVM.

1 *Modus quandocunque respicit commodum alterius, apposi-*
tus in dispositione dicitur causa finalis.

LEX. XCV

c SItitio.[c] Aliàs.§.Iulian⁹.Licèt mo-
dus per casum deficiat,de-
bet̃ legatũ.h.d.¶ Opp.C.de insti.& sub
sti.de.l.j.sol.ibi, loquit̃ in cõditione mi-
sta,quȩ si deficit p casum,facit relictũ deficere.hîc
verò in modo.De hoc ibi no.p gl.&.j.de cõdi.& de
mõ.l.in testamẽto.¶ Op.de.l.titio.ver.sed cũ añ nu
ptias de cõdi.& demõ.Sol.dixit Dy.ibi modus erat
cã finalis relicti.hîc verò impulsiua:quod nõ placet
1 nã† qñcũq3 modus respicit commodũ alterius prout
hîc erat:dicit̃ cã finalis,vt.l.titio.in prin.j.de condi.
& demon.dic ergo ꝙ in.d.ver.sed cũ ante nuptias.
fuit conditio.& tex.expone vt ibi dixi.

a ¶ Consensit alienationi. Not. quando quis consentit alienationi alicuius rei, an sibi prȩiudicet. de quo habetur latius p Bal.in.l.quæ dotis.s.solu.mat.& ibi Imo,& Bald.in l.si sine.C. ad vell. & in.l.cum proponas.post glos.C.de pact.& Saly.& plenè per Bald.in.l.mater.C.de rei vendi. in.vj.col.Quid aũt de eo qui legat rem meam alteri me consentiente. vide Bart.in.l.cum quis decedẽs.in prin.in tit.ij.quid si fideiubet in instrumento alienatiõis.vide in l.excepti.C.de eui. & quod dixi post Imo.in.d.l.quæ dotis.& pulchrè Bal. in.l.cum rem alienam.in ver.sed pone.cũ seq.C.de leg. & Iaco.de are.Bal. & Imo,in.l. dotalẽ. in.ij,not.s.sol.mat. Ang.hîc simpliciter sequitur distinctionem Bar.& adde quæ no.Bart.in l.qui romæ.§.fin.in vij.col.de ver.obl. & Bal.in aut.res q̃. in fi.C.cõmu.de le. adde quo ad primũ Bald.cõsi.clxviij.ij.lib.quo ad secundũ Bart.consi. ccxiij.inci.quidam instituit filios.

b ¶ Opp.s. Et vide gloss.& Bar.in.l.cũ ꝓponas.la.j. C. de pac.

c ¶ Si titio. Aliter loquitur hîc Imol.& vide in.l.qbus.§.termilius.j.de cõdi.& demõ.item limita, nisi modus de necessitate inesset legato secundũ Ray. & doc.in.§.titio genero.in.l.titio cẽtũ. de condi.& demõ. adde vt per Bald. post Paul.de cast.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum potest relinqui à succedentibus ab intesta-*
to pupillo, quod expirat adueniente pubertate.
2 *Pater codicillatur filio, grauãdo uenientes ab intestato.*
3 *Clausula codicillaris utrùm porrigatur ad pupillarem substi-*
tutionem? remißiuè.

1 Sicuti.† Põt relinqui fideicõmissum à suc-
cedẽtibus ab intestato pupillo, quod d
expirat pubertate adueniente.h.d.vsq3 ad.§.q roga-
tus.in.l.planè.& est casus valde singularis. ¶ Opp.
quòd pater nõ possit grauare filiũ p fideicõmissum
vt.l.ex trib⁹.C.de inoff.test.So.nõ põt grauare filiũ
in bonis ipsi⁹ filij.vt.l.cohȩredi.§.cũ filiæ.s.de vulg.
& pup.substi.sed succedentes ab intestato ipsi filio
põt grauare:vt hîc.ita dicit Dy.ĩ.l.j.s.de vulg.& pu.
& Cy.in.d.l.ex trib⁹.rõ est:quia cũ pater possit filio
substituere extraneũ:nõ substituẽdo:vr̃ dare veniẽ-
tibus ab intestato,vt.l.cõficiuntur.in prin.s.de iure
2 codi.ita dicit gl.& ista est bona.istud verò† qđ dicit
gl.ꝙ pater põt codicillari filio,ĩtellige eo mõ quo.s.
scilicet grauãdo veniẽtes ab ĩtestato,nõ ipsum filiũ e
in ꝓprio.Et not.bñ qđ gl.dicit,ꝙ etiã si pater testm̃
3 sibi non facit,hoc procedat. Et† ista faciunt ad qõ.
quam dixi in.l.j.s.tit.j.& similes.vtrùm illa clausula
si non valet iure testamẽti valeat &c.porrigatur ad
pupillarem substitutionem.quod not.bene.

LEX XCVI.

QVod fideicommis-
d sum[d].Quæro de ratione.Rñ.intra tẽpus
pubertatis videntur veniẽtes ab intesta-
to habere ex dispositione defuncti,qui alium pote- f
rat substituere:postea vidẽtur habere ex casu:& sic
nõ possum per fideicõmissum grauari,vt.l.sed & si
sic.§.fi.j.ti.ij.& dicit Dy.*asserit* ꝙ ista.l.nõ est alibi
& dicit etiã p istã.l.ꝙ fideicõmissum de quo loquit̃
l.sceuola.j.ad treb.nõ valet post pubertatem.vt ibi.

LEX XCVII.

e PLane.[e] Hoc examinãt doc.C.eo.
in.l.cũ quidã.dicemus in.l.
qui fundum.§.qui filios.j.ad.l.fal.facit.j.
ea.l.antepe.& quod ibi dicemus.

Qui rogatus. Venditor serui hæredis de restituẽdo rogati,te-
netur fideicõmissario,si est soluendo.aliàs cõtra em
ptorem habetur regressus.h.d.concor.l.vlti.in prin. g
supra de eo per quẽ fac.erit *quomi.qs in iudi.sist.*

Si cui stichus. Grauatus dare vnã de rebus alternatiuè reli-
ctis,tenetur ad illam etiam si aliam elegerit.h.d.

SVMMARIVM.

1 *Commodum pecuniarium, non habens non potest onere fi-*
deicommißi grauari.
2 *Locupletior non dicitur qui habet libertum.*
3 *Operæ non possunt imponi seruo manumisso per fideicom-*
missum.

f Qui testamento.[f] Cui est prouisum nõ pecunia
1 riter,grauari non Potest.h.d.¶ † Not.quòd qui nõ
habent cõmodum pecuniarium: non possunt gra-
uari onere fideicommissi.concor.infrà titul.ij.l.iij.§.
2 si rem.Posset etiam poni exemplũ in.l.si creditori.
§.j.s.eod.¶†No.*quòd is*qui habet libertũ,non di-
g citur[g] locupletior.l.nemo prædo.§.j.j.de regu.iur
qđ intellige vt not.in.l.naturalis.§.fi.s.de præscript.
3 ver.dixi in.l.si verò.§.de viro.s.solu.mat.¶ † Not.
quòd nõ possunt per fideicommissum imponi ope
rȩ seruo manumisso,etiã si testator voluit.sic *ha-
bet̃* ĩ l.cerdonẽ.de ope.li.fallit ĩ filio testõris,vt ĩ gl.

LEX XCIX. h

QVidam testamento.
Designatio vñ legatũ soluatur, post lega-
tũ relictũ apposita,ipsũ cõditionale non facit.h.d.
Op.j.e.de.l.si seru⁹.§.q qnq3.&.s.e.l.si sic.§.j.So.hîc
h prĩo[h] reliqt legatũ purè.postea designauit vñ sol-
uat̃.ibi ĩ ipsa substãtia legati apposuit designationẽ
rei.vñ si nõ reperit̃,deficit substãtia legati.aliud em̃
est dicere lego tibi.x.quȩ in archa habeo,vel q̃ titi⁹
debet mihi.& tũc loquũt̃ cõtraria.Aliud ẽ dicere le
go tibi.x.

d ¶ Quod fideicommissum. Vide Bal. in.l.si arrogator.in iij.oppo.de adop.

e ¶ Planè. Istum tex. no.Bal.in.l.j.in fin. C.eod.

f ¶ Qui testamento. Vide Bar.in.l.j.C. de lega.

g ¶ Non dicitur. An qui habet libertatẽ dicatur locupletior, vide Bar.& doct.in l.cum proponas. C.de dolo.& adde l.titius.& ibi doct. C.de ope.libe.adde secũdũ Pau.de ca. ꝙ nec habẽs ius patronatus dicitur locupletior,vt possit grauari per no.in.l. j.§.fi.de p̃scri.verb.

h ¶ Solu.hìc primò. Adde quod nota. Dyn.& Bar.in.l.talis scriptura.s.eod. in fin.adde secundùm Pau.de castr. in contrarium.l.lucius.§.ciuibus.j.tit. j.cum isto concor. l.paulo callimacho. §.fin.de leg.iij.

go tibi.x.q̃ soluanť de his q̃ titius mihi debet, vel de eo qđ dabeo in arca: vt hîc, &.j.tit.ĳ.l.paulo calimacho.§.j.&*ponitur*p Cy.de ista materia in.l.si qs argentũ.C.de dona.ego dixi plenė in.l.inter stipulãtẽ.§.sacrã.de ver.ob.facit.š.de cõtrah.emp.l.si debitor.§.verisimile.& de annu.leg.l.annua.facit.l.si cui.š.e.

a Quoties. [a]Bona vẽdunt ad fiscũ cũ onere legatorũ.h.d.an reqrať quòd hæ res adiuerit hæreditatẽ, dixi ĩ.l.si sequẽs gradus.š.ad syl. ¶ Op.nã hęreditate nõ adita nõ debeť legata, vt l.si nemo.š.de test.tu.Dicit Iac.de aret.intellige φ fuit hæreditas adita, sed ꝓpter delictũ hæredis fuerũt facta bona vacãtia, vt.l.si seruus pluriũ.§.ĳ.š.eo.

SVMMARIVM.

1 *Qui tenetur ad quantitatem respectu speciei, specie perempta liberatur.*

Si tibi. Qui tenetur ad pretiũ rei, perempta, liberať.h.d.vel sic.†Qui teneť ad quan 1 titatẽ respectu speciei: perempta specie liberať.h.d. ¶ Op.de.l.incendiũ.C.si cer.pet.Solu.ibi teneť ad quantitatẽ simpliciter.hîc respectu certę speciei, vñ specie perẽpta liberať.& iste casus nõ est alibi.Dy. dicit habuistis idẽ, licet nõ expressẽ.š.e.l.titie textores.§.fin.& no.de nox.act.in.l.si quis ad libertatẽ.in prin.& loca.l.in naue saufeli.&.C.de iure emphy. l.j.dixi.š.eo.l.cum res.ver.sed si stichus.

SVMMARIVM.

1 *Executor non debet pecuniã petere antequam conditio legati extiterit.*

2 *Executor potest petere quòd sibi caueatur.*

b Si scriptus, [b] Executor non†debet ante 1 pecuniã petere quã conditio legati extiterit.h.d.No.istũ casum ꝓ executorib⁹ q habẽt actionẽ, vt.l.nulli.C.de epi.& cle. ¶ Scdo no. 2 φ† executor petit sibi caueri.dicã.j.e.l.si ã plurib⁹. pleni⁹ĩ.l.qs titio.j.ti.j.&.l.diuus.si cui plus q̃ p le.fal.

Cum statuliber. Ille cui dať aliqd causa conditionis implendę, põt onere fideicõ.grauari.h.d. ¶ No.istũ casum.facit.j.de do.cau.mor.l.qđ statuliber. ¶ Op. de.l.si quis sub conditione, si quis omis.causa test.so. vt ibi.quod est no.multum.

LEX C.

SI mihi stichus. Fideicommissum in iunctum de re legata pstať vt accipiť.si de alia prestať in integrũ.h.d. ¶ Op.j.ad leg.fal.l.pœnalis.§.fi.gl.dicit φ ibi fuit relictũ quãtitatis: hic speciei.qđ Dy.reprobat p.l.maritũ.§.ã liberto.j.ad leg. fal.dic ergo φ hîc fuit rogatus restituere totũ qđ accepit.ibi verò partẽ.& de hoc distingue pleni⁹ vt.l. plauti⁹.j.de cõdi.& demõ.&.l.facta.§.si titi⁹.j.ad tre.

LEX CI.

SEruus. Is in quo est ius postliminĳ potest legari.h.d.quod dic vt.l.id quod.š.eo.tit.quod no.

SVMMARIVM.

1 *Papa si concedit alicui præbendã de proximo uacaturam in tali diocesi quã duxerit acceptandã: postea alĳ concessit specialiter in una ecclesia illius diocesis, quis ipsorum præferatur? remissiuè.*

2 *Optio si est legata seruo me hærede instituto, quòd nõ ualeat.*

3 *Res si legatur duobus coniunctis re uni purè, alteri sub conditione: quòd ille cui relinquitur purè habebit tantũ partẽ.*

LEX CII.

c SIdomino. [c]Cui optio est legata, potest optare seruum specialiter alteri legatũ.h.d.cõcor.j.de opti. leg.l.si hęres.licẽt gl.figneť ꝓ cõtraria. ¶ Opp.de.l. seruo.de pecu.le.& de omnib⁹ legibus quę dicunt φ generi p speciẽ derogať.vt.l.vxorẽ.§.codicillis.&.l. seruis vrbanis.§.fi.j.ti.ĳ.Sol.gl.primò φ hîc nõ erãt nisi duo in patrimonio.vnde de necessitate testator sensit de his, φ ille qui specialiter erat legat⁹ posset optari.Ista solu.licẽt sit vera in se: tñ diuinationẽ sapit.Alĳ dicũt φ hîc loquiť de rigore: de ęquitate secus: nec hoc placet, qa hoc est dicere φ hęc lex nõ bñ dicit.vñ Iaco.de are.Dy.& oẽs dicũt φ contraria loquũtur, qñ vni legať genus, alteri species.hîc verò legať vni species certa, alĳ species ex genere ĩcerta.s.

quã optauerit.vñ qlibet est legatarius speciei.& ista est vera. ¶ Opp.de.l.cũ ita.§.j.ĳ.de opt.le.Rñ.ibi est 1 spẽle fauore libertatis.& p hoc† apparet φ si papa cõcessit alicui prebendã de ꝓximo vacaturã in tali diocesi quã duxerit acceptandã: postea alĳ cõcessit specialiter in vna ecclesia illius diocesis.φ ille scd̃us nõ pręferť, quasi generi p speciẽ derogeť: imo pferť prim⁹: qa cuilibet videť facta cõcessio in spẽ.hoc declaraui plenè in.l.quęsitũ.§.fi.j.de fun.instr.& instr. 2 le. ¶ †Querit glo.qđ si testator me instituit & seruo optionẽ legauit, an valeat.gl.tenet φ sic.Dy.contra: quia legatũ optiõis habet in se cõditionẽ tacitã, nõ expssam: iõ regula catoniana habet locũ in ea, vt 3 l.si optio.j.de opti.le. ¶ No.hîc casum† φ qñ res legať duobus cõiũctis re: vni purè, alteri sub cõditione: ille cui purè relinquitur interim habebit partem d tantũ: dixi plenè[d]in.l.planè.§.si cõiunctim.š.eo.

LEX CIII.

SImihi. Dispositio hęredis non tollit dispositionem defuncti.h.d. ¶ No.quod dicit ex testamento defuncti, non aũt ex testõ hęredis: vt no.in.l.ĳ.§.ex plurib⁹. j.de acquir.pos.licẽt Dy.ibi aliter dicat, & malè, vt ibi dixi. ¶ Op.qñ legať in testamẽtis diuersorũ debetur ex vtroq; testõ, vt.l.planè.§.sed si.š.e.dixi plenè in l.huiusmodi.§.j.š.eo.

LEX CIIII.

SIseruo. Qui repudiat ex psona serui, pt agnoscere ex sua.h.d.

Si ei qui. Qui decedit apud hostes, videtur mortuus tpe captiuitatis, q reuertitur, videť sẽp fuisse in ciuitate.h.d. ¶ Op.φ non possit postliminio cõfirmari impediẽte regula cato. vt.l.j.de reg.cato.l.cætera.§.j.š.eo.sol.hoc est ꝓpter fictionem postliminĳ: facit.š.eo.l.seruũ filĳ in prin. quæ omnia no.multum.

SVMMARIVM.

1 *Regula Catoniana habet locum, quando testator contra impedimentum prouidere potest, & dare libertatem seruo.*

LEX CV.

SIminor. Legatũ purè relictum seruo non iustè manumisso nõ valet: nec cõfirmať si postea manumittať.h.d. ¶ Opp.cũ tpe mortis reperiať sui iuris, vř sibi deberi legatũ: vt.š.e.l.qsitũ. §.duob⁹.Sol.ibi relinquiť seruo legato.hîc relinquiť seruo simpliciter.Nec ob.φ erat manumissus: quia manumissio nõ valebat. ¶ Quæro q̃ est rõ φ nõ cõfirmať legatũ? dicit gl.qa testator vř ei reliquisse: si ex hac manumissione ad libertatẽ peruenerit, vt.l.ser uo.š.de cõdictio.inde.Sed Dy.& Iaco.de are.dicũt. e φ rõ est ꝓpter regulã cato.q̃ impedit cõfirmari.dictũ gl.plus placet.nã qñ legatũ deficit mista cõsyde 1 ratione legãtis & legatarĳ, vt in ꝓposito†regula Cato.habet locũ si testator tũc cõtra impedimẽtũ poterat ꝓuidere, & dare libertatem seruo: vt insti.eo.§. an seruo.sed qñ testator ꝓuidere non posset, regula cato.locum nõ haberet, vt.l.non intelligitur.§.qñ autẽ.j.de iure fis.dicam in.l.j.j.de regu.cato.Sed hoc per testãtem nõ poterat prouideri: quia erat minor. xx.annis.ergo &c.igitur not.omnia ista.

SVMMARIVM.

1 *Relictum palàm non capaci, non applicatur fisco.*

Promittens per instrumentum publicum testatori de restituendo incapaci, dicitur palam facere, & nõ applicatur fisco.

LEX CVI.

IN tacitis. Tunc in fraudẽ videť qs fidicõmissum assumere qñ nõ publicè, sed secretè de restituẽ e do, ꝓmittit.h.d. ¶ Scias[e] ꝓ hui⁹ declaratiõe†φ qñ re 1 linquiť nõ capaci palã, nõ applicať fisco, vt.l.nõ intelligiť.§.si qs palã.j.de iure fis.no.in.l.lucius.§.j.j.e. sed qñ relinquiť clam.tũc auferť ab eo tãq; ab indigno, & applicať fisco.vñ si ꝓmitterẽ testatori de restituẽdo p publicũ instrumẽtũ, nõ applicareť tunc fisco: sed qñ ꝓmitto simplr: & facio scripturã priuatã manu mea: tũc diciť fieri clã.ita loquiť hîc, hoc autẽ qualr ꝓbeť dixi.ĩ.l.nõ ĩtelligiť.§.tacitẽ.de iure fisci.

SVMMARIVM.

1 *Comitatenses si tenentur soluere ex forma statuti salarium*

a ¶ Quoties. Et intellige istũ tex.secũdũ Dy.qñ bona publicanť ꝓpter delictũ hęredis: secus qñ bona publicanť propter delictũ defuncti.per.l. cum filius.§.fina.j. tit.j.& rõ ibi patet quod bene no.Adde φ Pau.de ca.dicit φ intellect⁹ Iac. de are.non satisfacit: quia bona propriè non dicuntur vacantia ꝓpter delictũ.sed cũ non reperiť aliqs qui velit adire: vt.l.si sine hęrede.de admi.tu. vnde posse dici φ hîc nullus voluit adire, & fiscus acceptauit.& si dicis qualiter teneť fisc⁹ ad legata q̃ nõ fuerũt cõfirmata: põt dici aliud esse ĩ fisco p tex.i.l.recusare.§.fisco.j.ad treb. qđ est singulare secundũ ipsum.

b ¶ Si scriptus. Adde istũ tex.& quę hîc no.vide Bald.in.l. ex verbo.C. de fideicõ.li. allegatur Bal.in auť.hoc amplius.in fi.iiĳ. col. in versi.itẽ quero. C.de fideicõmis.

c ¶ Si dño. Ad intellectũ huius.l. vide Imol.post doct.in l.planè.§.si cõiunctim.š.eo. & dum tenet Bart.hîc qđ legatum optionis sit legatũ speciei, idem tenet Bald.in l.fi.§.j.in.vĳ.col.C. commu.de leg.

d ¶ Dixi plenè. Vide ꝓ hoc Abb.in c.pastoralis.§.qñ. de rescrip.& bonũ tex.cum glos.in.c. ex parte.de offi.de leg.And.Barba.

d ¶ Dixi plenè. Vide quæ dixi in.l.j. de reg.cato.

e ¶ Scias. Vide Bal. in.l.eã quã limtantem hanc doctrinã in prin.viĳ.col.C. de fideicom.

potestati: si aliqua uilla eximatur cæteri tenẽtur ad totũ.
2 Liberato uno in contractibus, cæteri remanent obligati quando omnes insolidum tenebantur. secus si in uiriles.
3 Exceptio siue fiat incontinenti, siue ex interuallo dumodo fiat ante contractum perfectum, idem est.

LEX CVII.

AB omnibus.

Si testator vnum ex hęredibus eximit ab onere: cæteri ad on⁹ integrum tenebuntur. h. d. No. hunc casum.[a] facit † quòd si statutum dicit quòd comitatenses teneanť soluere salarium potestati: postea eximitur aliqua villa: quòd cæteri teneantur ad salarium integrum: vt hîc secundùm Iac. de aret. ¶ Opp. de. l. si fundum. §. si libertus. s̈. eo. sol. hîc *loquitur* in legato quãtitatis: ibi in legato speciei. ¶ Op. de. l. si pupillus. s̈. de admi. tu. glo. non sol. Dy. dicit quòd ibi pupillus non poterat liberare vnũ ex tutoribus in prę-iudicium aliorum: sed hîc testator poterat. ¶ Opp. de. l. cum ab vno. j. tit. j. sol. illa concordat, licèt signetur pro contraria. ¶ † Quæro: quid in contractibus: an liberato vno cæteri teneantur insolidum? gloss. innuit quòd sic: dum ipsa allegat pro concordan. l. pe. j. de duo. re. & l. si stipulatus. §. fi. de fideius. sed ibi loquitur quando omnes tenebantur insolidum: meritò si vnus eximitur, remanent cæteri obligati insolidum. sed si omnes tenentur in viriles: non possent liberare vnum in præiudicium aliorum: vt. l. si vnus. §. ante omnia. s̈. de pact. & l. pacto successorum. C. de pact. & hoc *est verum* post dispositionem factã. sed si in instrumento contineretur oẽs vos promittitis centum excepto Titio. fateor quòd tunc ad integra centum cęteri tenentur per hanc legem. ¶ † Vltimò no. hanc legem quòd exceptio quæ fit incontinenti, siue ex interuallo est idem: dũmodo fiat ante contractum perfectum: vt hac. l. cõiuncta. l. antepe. j. de duo. reis. Item not. quod dixi de distributiuo quisquis, in. l. si quis in fundi *vocabulo*. & l. qui filiabus. §. j. s̈. eodem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum extinguitur legatario mortuo ante existentiam conditionis possibilis. secus in conditione impossibili.*
2 *Conditio de qua hic loquitur quando dicatur possibilis, & quando impossibilis?*
3 *Conditio impossibilis quam testator omnino possibilem putat, habetur pro non adiecta.*

In testamento.

1 † Legatario mortuo ante conditionis possibilis existentiam, legatum extinguitur. secus in cõditione impossibili. hoc dicit. ¶ Opponi. de. l. huiusmodi. §. si ita. s̈. eo. sol. gloss. & Dy. † tenet eam declarando sic, si tabulæ non extent nec debitum: tũc est impossibilis conditio: arg. de dote pręlega. l. qui dotem. si tabulæ extant, & debitum: conditio est possibilis, & debet impleri: vt hîc. si tabulæ non extant, sed extat debitum: tunc conditio est possibilis quo ad liberationem, & ex illa parte debet impleri: vt. d. l. huiusmodi. §. si ita. non autem debet impleri quo ad redditionem tabularum: quia fieri non potest. & ita debet intelligi ista materia. ¶ Oppo. conditio † impossibilis tunc non reÿcitur, quando testator sciebat eam impossibilem. secus si testator credebat eam possibilem, vt. l. seruo manumisso. s̈. de condictio. indebi. sed hîc testator credebat possibilem conditionem reddendarum tabularum: ergo debet haberi pro non adiecta. Respond. testator hîc non credebat eam possibilem, vel non possibilem. non enim erat certus vtrùm tabulæ extarent vel non, sed in contrario putabat eam omnino possibilem. quod not.

SVMMARIVM.

1 *Rustici si non capiunt malefactorem, & ex forma statuti tenentur damnum restituere: qui passus est damnum, contribuit pro eius parte.*
2 *Collecta imposita per ciuitatem pro soluendo debito ciui: ille ciuis contribuit.*
3 *Condemnatio facta de consiliarÿs qui non ueniunt ad consilium, si distribui debet inter ipsos condemnatus habebit partem.*
4 *Canonicus qui tenetur dare fructus primi anni canonicis: si dat, habebit partem.*
5 *Electione commissa pluribus, an poterũt eligere unum ex se?*
6 *Clausula codicillaris adiecta in testamento, in quo duo sunt æqualiter instituti, operatur quòd unus tantũ debeat dare quantùm recipere?*

Si titio ita.

[b] Gloss. fina. super verbo hęredi meo. diuidit. §. in tres partes. & ipsum summat. Pone ergo casum in terminis sic. Testator instituit quinq; hæredes inter quos instituit Titium: & dixit quisquis mihi hæres erit det Titio decem. Certè omnes dabunt decem detracta parte Titÿ: & sic debet habere octo. hoc dicit primò. ¶ Oppo. s̈. eo. de. l. planè. §. si duobus. Gloss. dicit aliud in speciebus: vt ibi. aliud in quantitatibus: vt hîc. quod non placet. nam idem si species hæreditaria esset mihi relicta ab omnibus. nam totum haberem a cohæredibus excepta parte media quã habeo iure meo, vt. d. §. si duobus. & l. qui filiabus. §. fi. s̈. eodem. Prętera. ibi vni legatur à cohęrede: hîc vni ab omnibus hoc expresso. & sic primo casu debet habere totum: sed secundo casu debet habere deducta parte sua. vt. l. deducta. §. acceptis nummis. j. ad trebel. & l. cum pater. in princi. j. titulo primo. Item iste. §. facit ad quæstionem[c] secundùm Dy. dicit sta-
1 tutum † quòd si rustici non cœperint malefactorem ipsi teneantur damnum restituere. certè ille qui passus est damnum debet contribuere vnà cum alÿs &
2 soluere partem suam. † Item si ciuitas imponit collectam pro soluendo debito ciui suo quòd etiam ille
3 ciuis contribuet. † Item facit: dicit statutum quòd condemnatione facta de consiliarÿs qui non veniunt ad consilium diuidatur inter eos pœna. certè ille qui est cõdemnatus habebit partem. Item facit,
4 † dicit constitutio[d] quòd canonicus non admittatur ad prebendam nisi det fructus primi anni canonicis. certè qui dat, admittitur ad partem, per istum
5 §. Item commissa[e] fuit electio pluribus † an possunt eligere vnũ ex se? quod dic vt no. in. l. planè. s̈. quod cuiusq; vniuersi. ad prędictas quęstiones facit quod not. Iaco. de areti. in. l. amicissimos. §. lucius. s̈. de excusa. tut. facit quod no. per Gul. & Specu. in titu. de censi. §. nunc dicendum. versicu. sed quid si damnũ.
6 Item not. fi. huius. §. † quòd quando duo sunt instituti æqualiter in testamento: & est adiecta clausula, quòd valeat iure codicillorum, quòd ipsi inuicẽ aliquid non possunt petere: quia tantùm deberet vnus dare quãtùm recipere: quod dicam in. l. si quis seruum. j. de condi. & demon.

SVMMARIVM.

1 *Conditio tacita uel expressa quæ tacitè inerat non impedit transmissionem.*
2 *Conditio si hæres non erit, quòd non dicatur impleri in actu moriendi, sed eo perfectè mortuo.*
3 *Conditio adiecta in institutione uidetur repetita in legato, quando relictum fuit à primo gradu institutorum,*

Cum quidam.

Conditio adiecta in institutione, non videtur repetita in legato eidem ab alio gradu relicto. hoc dicit. Vel dic † quod conditio tacita, vel expressa quæ tacitè inerat, transmissionem non impedit. hoc dicit. ¶ Opponitur legatario mortuo ante existentiam conditionis legatum non transmittitur, vt in. l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollen. & s̈. eod. l. cum filio. Solu. hîc erat conditio tacita: nam non potest legatum deberi à substituto: nisi sit hęres. & si est expressa non releuat: quia est expressio eius quod tacitè inest, vt. l. tertia. s̈. eod. ¶ Oppo. de. l. cum filio. cũ gloss. sua. s̈. eodem. solu. conditio ista si hæres nõ erit, ibi dependet ex voluntate hæredis: quia erat institutus purè: ideo facit conditionale legatum. hoc non dependet ex voluntate hæredis: quia erat institutus sub conditione, scilicet quando mater decedit.
2 Sed contra: quia tex. in fine videtur dicere † quòd ista conditio si hæres non erit, moriendo impleatur. Idem *habetis* in. l. fi. j. quãdo. dies legati cedat ergo transmissionem nõ impedit. cuius contrarium diciť in glo. in. d. l. cũ filio. sol. vt dicã in. l. miles. §. ꝑ parte. j. titu. j. nam credo ꝙ ista conditio in actu moriendi non impletur

a ¶ No. hunc casum. Adde his quę dixi post Bar. in. l. iiÿ. §. si actor. s̈. de re iud. ꝑ Io. an. ĩ. c. nõ minus. de immu. ecc. & aliquid ꝑ Imol. hîc: & ꝑ Pet. de an. in cle. præsenti. de censi. & per Ioan. an. & alios in. c. per auenit. de ĩmu. eccl. & late ꝑ Abb. in. c. accedẽtes. de ꝑscri. Spe. in ti. de cẽsi. §. iÿ. versi. quid si vniuersitas. per Guli. de cu. & Bal. in. l. si vnus. §. sed si generaliter. s̈. de pact. & ꝑ Bal. in. l. etiã. ĩ vlt. colũ. C. de exec. rei iu. & placet cõcordia Imol. hîc, & vr̃ nota. ꝑ Bart. pulchrè, in. l. ÿ. C. de apo. pud. li. x. & aliqđ ꝑ Lud. Ro. in. l. iiÿ. in princi. s̈. de re iu. & adde Bar. in. l. munerum. §. fi. de mu. & ho. & ad no. per Bart. hîc. adde Paul. de castr. in. l. auus. in fi. s̈. de pac. adde Paul. de cast. hîc q dicit Spec. in ti. de cẽsi. tenere cõtrariũ & Ioã. an. in c. nõ minus. de immu. ecc. de quo vide etiam eius cõsi. cxxxiiÿ. & dictum Spec. sequitur Pet. de an. consil. cclxj.

b ¶ Si Titio ita. Ad istũ tex. vide Bal. ĩ l. plauti⁹. j. de cõdi. & demon.

b ¶ Facit ad. q. Idem consuluit Barto. in consi. qđ incip. cõtinetur statuto, ꝙ si damnum datur &c. & sequiť Ang. hîc. & Io. an. de cẽsi. c. j. ad fi. & adde qđ no. Io. an. ĩ. c. cũ nõ deceat. de elec.

POMATES.

c ¶ Item iste. §. facit ad qõ. Vide in simili tex. in. l. q hęredi. §. plauti⁹. & ibi hoc no. Bar. ff. de cõdi. & demon. & no. ad qõnẽ quam ponit Alex. in. l. senat⁹. §. fi. s̈. eo. & Fel. in. c. accedentes. in. ix. col. versi. vj. conclusio. de prescrip.

d ¶ Dicit cõstitutio. Et idẽ tenent Dy. & Angel. hîc, sed Bal. cõtra. tu cõcorda eos vt hîc per Imol. adde Io. and. in addi. Spec. in tit. de cẽsi. §. j. vbi ale. Mar. de fano & Dy. hîc. & de descripto in collegio qui persoluit aliquid an debeat habere partem, vide Ioan. and. in addi. Spec. in ru. de solu.

e ¶ Item commissa. qñ est cõmissa electio plurib⁹, an possint vnũ ex seipsis eligere, adde qđ dixi. s̈. de autho. tut. ĩ l. j. & vide not. per Spe. in tit. de feu. in prin. & in ti. de syndi. §. j. ver. sed qđ si cõmissio. in. iiÿ. col. dicit tñ Innoc. in. c. cũ in iure peritus. de elec. ꝙ vbi reqreret oĩm concordia in electione, nõ possent vnũ ex seipsis eligere sec⁹ si si sufficiat maior pars eligentiũ. Archi. cõsuluit & dicit esse vtile ad hoc ꝙ qui eligiť nõ deponat vocẽ suam per modũ electionis: sed per modũ cuiusdã consensus accedẽtis electioni aliorũ: ita not. ipse viÿ. qõ. j. in. c. q episcopatũ. & vide no. in. l. si tibi mãdauero. §. si tibi centũ. s̈. mãda. & ad. q. Bar. adde Cyñ. Dy. & Ray. & Imol. per illum tex. in. l. q hę redi. §. fi. j. de cõdi. & demon. qđ not. in. c. Iaco. de symo. & vide q̃ no. ꝑ Bal. in. l. ordo. in. ÿ. col. de execu. rei iudi. & an qs possit eligere seipsum, vide per Ioã. an. in regula, in toto. in mercu. & Paul. de leaza. in commẽto. c. nullus. in. iiÿ. q. de electi. adde qđ consuluit Abb. consil. xxv. & xxxvj. li. ÿ.

non impletur: sed eo perfectè mortuo: vt.d.glo.& ita intelligo hunc text. per.d.l.miles.§.pro parte.j.tit.j.tñ quia tacita cõditio inerat, non impedit
3 transmissionem.¶†Op.cõditio adiecta ĩ institutione, videtur repetita in legato: vt.l.fi.in fi.de doli exce.& de condi.& demon.l.auia, ergo.hîc legatũ. non fuit purificatum per mortẽ, si mater testatoris viuebat. Sol. ibi fuit relictum legatum à primo gradu institutorum: hîc ab alio gradu: quod not. ¶Op.de.l.si nemo.s.de testa.tu.Sol.hîc legatũ nõ pendet ex institutione: imo ex defectu institutiõis pẽdet ex substitutiõe.¶Opp.j.ti.j.de.l.si pecunia.§.j.Gl.nõ soluit.sol.q hic nõ erat relictũ legatũ post mortẽ alicuius: sed institutio fuit collata post mortẽ.qđ non videtur repetitũ ĩ legato: vt.s.dixi.

Si socero. Hæres restituit fideicommissum deducto eo quod si bi debetur.h.d. LEX CVIII.

1 Legatum. Qui legat quod alius sibi debet, videtur legare actiones.h.d. LEX CIX.

s In testamento. Oratio imperfecta perficitur ex præsumpta volũtate defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Executor testamenti põt à legatarijs conueniri.*

2 *Executor quòd teneatur cauere.*

LEX CX.

a Si a pluribus.[a] Legatarij possunt cõuenire oẽs hęredes, p hereditaria portione: vel eũ hæredẽ qui factus est executor insolidũ.h.d. Duo habes ex hac.l.
1 †primò q executor põt cõueniri à legatarijs qđ dicã.j.tit.j.l.si
2 qs titio.scdo habes† q executor cogitur cauere.dicam in.l.diuus.j.si cui plus quàm per leg.fal.

Si quis seruum. Dic vt glo.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius quando teneatur dare equum hæredi, ut uadat ad perquirendum seruum.*

LEX CXI.

Si seruus. Seruus qui fugit post testamẽtũ ante mortẽ, debet persequi sumptibus legatarij.h.d.licèt impensę sint legatarij: tamen onus & solicitudo est heredis, se-
tuit qđ quicūq; dederit mille cōmuni hinc ad tres annos debet habere.xv.
pro cētenario.antiquū statutū erat quòd pro qualibet pecunia quę soluitur
de camera cōmunis detrahiť gabella.xij.denariorū pro libra: modò in isto
casu quādo ex prouisiōe illius statuti facio:videť quod gabella debeat mi
nui vt falcidia.hoc nō teneo pro constāti:sed pro hoc facit ista.l.nesennis.

Seruo hærede.

Si à seruo, & à dn̄o insolidū instituto legať,
prius legata à seruo soluuntur.Item si dn̄s in
stitutus repudiat,& per seruū substitutum acquirat.prius legatū in institu
tione relictū soluiť.h.d.¶ Opp.de.l.iulianus.secūdo rn̄sp.si quis omis.cau.
testa.Dicūt quidā quòd ibi recitat iulianꝰ opinionē quæ nō est vera.ista est
truffa.Alij dicūt quòd relicta in institione repudiata,prius soluūtur quàm
in substitutione relicta,vt hîc in primo responso.sed relicta in substitutiōe
ab vtroq; prius soluūtur relicta à seruo:vt hic in primo responso.& vide istā
glo.q incipit imo prius &c.Et aliud vult dicere in relictis in substitutione,
hoc est quādo in substitutione grauauit seruū & dn̄m,ideo prius à seruo re
licta soluunť,& hæc sol.est vera in se.est tamē cōtra mentē illius.l.& illa est
vera q ibi poniť quod priꝰ soluūtur relicta à dn̄o, vt hic: ibi quo ad falcidiā
detrahendā prius de legatis à seruis. ¶ Op.de.l.in rōne.§. quod vulgo.&.l.
j.§.id quod ex substitutione.š.e.Solu.fallit hîc,&.l.si post missionē.s.cod.l.
quia aūt.in prin.š.si quis omis.cau.testa.&.d.l.iulianus.

f # Si debitori liberatio.

[f]Si liberatio relinquiť debitori in
rōne.l.fal. ꝑ locupletiore habeť:
aliàs an sit soluēdo inspicitur.h.d.de materia huius.§.,videbitis in.l.quære-
batur.in tex.& glo.j.eo.

LEX. XXIII.

S I fundus mihi.

Ne legatū pereat,vna res pro alia
defalcať.h.d.secundùm Dyn.ista
est pulcha.l. & subtilis. In tex.ibi,[l]desideret, vel tantūdē,vt in
prin.l.¶ Op.& videtur quòd debat detrahi fal.de ipso corpore
non de ęstimatione,vt.l.j.§.si vsusfructus.š.e.Sol.hic est legatū corpus indi
uiduū,& res indiuidua vt via:& ideo.l.detrahit de ęstimaatione:aliàs perit
via.& ratio est vrgens:qa scitis quòd seruitꝰ non pōt deberi fundo pro diui
so,vt.l.pro parte.š.de serui. sed si tu diceres minuať fundꝰ vel fundi legatū:
tunc pro parte debeť seruitus:dic quòd esse nō pōt,vt hîc,&.d.l.pro parte.

SVMMARIVM.

1 Hæres si omittat ponere unam rem in inuentario, an priuetur beneficio totius?

LEX. XXIIII.

g h # P Aulus respondi.

[g] Qui rem subtrahit,in ea fal-
cidiæ ratio nō habetur.& qđ[h]
ex re legata pcipitur in quartā imputatur, si res erat testatoris:
aliàs secus.h.d. Diciť hîc quòd falcidia &c. Contrà:imo videť ꝙ
perdat fal.de oībus rebus:vt in auť.eo.§.sancimus.& glo.ibi valde not.dicit
quòd ista.l.&.C.de iur.delib.l.ij.§.illo corrigūtur in hoc:quia hîc priuatur
i falcidia in illa re tantùm:hodie priuať in omnibus [i]rebus.& glo.ibi dicit,&
Iaco.de bel.ibi hoc tenet.Sed Cy.C.eo.in auť. sed cum testatoe, in.ix.q.te-
net cōtrarium.† Ex quo not.quòd q̄stio erat quędā Tuderti,qđ quidā fece
cerat inuentariū,& dicebat se hęredē cum beneficio inuentarij.Quidā dixi
quòd ipse nō potuit quidā res in inuētario: & ipse respōdit, & dixit qđ ille
res nō erant tēpore mortis:fuit probatū quòd tēpore mortis erāt. Ego dixi
per istā.l.quod postquā ipse celauit:videť qđ subtraheret, & sic pdit bene-
ficiū inuentarij in oībus,licèt Cy.teneat quòd pdat in vna re tantùm.

LEX. XXV.

M Aritum suum.

Si portio non grauata accedit grauatæ iure patriæ potestatis fit contri-
butio:aliàs secus.h.d.

A libereto cui fundum.

Diminuto legato non diminuiť fideicōmissum à
legatario relictum, si legatum remansit ad onus sufficiens.h.d.

LEX. XXVII.

L Ineam margaritarum.

No.qđ ipso iure
legata ꝑ fal. rese-
canť.Idē habetis in.l.j.§.si quis ex mortis.j̄.quorū le.iste tex.in-
nuit quod habet duo remedia. ¶ Sed q̄ro in.j.casu. legis qđ re-
mediū habet? Et dicit gl.parua qđ habet interdictū quorū legatorū.sed in
terdictū quorū legatorū habet locū,quādo legatarius occupauit post mor-
tem

a ¶ Falcidia. Adde inquātū Alex.ponit qn̄ de legatis ad pias causas falcidia detrahatur allegando Ioan.and.quod illud Io.an.fuit originaliter Old.consil.cxj.

POMATES.

b ¶ Op.de.l.iubemꝰ.& no.quod ista.l.iubemus.nō habet locū in parentibus primi gradꝰ:vt nō computent sibi fructus perceptos in falcidiā.& sequiť hic Ang.& Ioā.de imo.& pondera si est verum.

c ¶ Computant fructus.Adde Cal.cōsil.xij.sub rubri.de testa.

d ¶ Si dignū. Adde inquantum Alex.tangit,quod licet als alienatio rei minoris nō valeat sine decreto,tamē si testator ita mādat,valet alienatio.qđ hoc idē vult Ange.consi.clxxvj.

e ¶ Op.quod vna & vide Bar.in.l.sancimus.C.de cōsul.li.xij.& ibi remisi. And.Barba.

f ¶ Liberatio.Adde inquantum Alex.tangit an pactū de non petendo egeat insinuatiōe.Ange.cōsi.lxxvij.Bal.cōsi.cccclxxviij.li.iij.

g ¶ Paulus respondi.Et vide Bald.in c.ij.de feu.in vi.l.commis.da.Bar.in l.rescriptum.ff.de his qui vt indi.bal.in.l.fi.§.sin autē dubius.C.de iure delib.Andre.Barba.

h ¶ Et quod.Et vide Bar.in.l.fi.š.de his quę pro non scrip.habē.And.Barba.

i ¶ In oībus.Adde an celans vnam rē priuetur beneficio totius inuentarij.Bal.cōsi.clxxxix.lib.iij.& vide quę posui in.d.l.fin.

tem sua authoritate:hìc verò non occupauit post mortem, sed penes eum erant.Sol.dic ꝙ non habet locum directũ sed vtile interdictum quorũ legatorum,vt.l.j.§. si quis ex mortis.ĩ. quorum legatorum.

Quæsitum est. Quæro quid si aliquis reliquit vt fiant picturę sanctorum,an dicatur ad pias causas legatum?Credo quòd sic,vt.l.titia.in fin.š.de aur.& argen.leg.& sic non detraheretur falcidia.

SVMMARIVM.

1 *Quod non ualet per modum dispositionis reijcitur.*
Conditio in fraudem adiecta,pro non adiecta habetur.
2 *Statutum quòd opponens talem esse spurium condemnetur,non ualet.*
3 *Pactũ inter litigantes quòd nõ possit opponi de perẽptione instantiæ,non ualet.*
4 *Pacta quæ firmentur iuramento?*
5 *Contractus simulatus non firmatur iuramento.*
6 *Pactum quòd instantia posit prorogari,an firmetur iuramento?*
Iudex quãdo uidet instantiã perire,põt ex suo officio ad sententiã peruenire.
7 *Donatio inter uirum & uxorem firmatur iuramento.*

LEX. XXXVII.

Seius & augerius. Quod† non valet ꝑ modũ dispositiõis reijcit̃.h.d. vel aliter: Conditio in fraudẽ adiecta pro nõ adiecta habetur.h.d. ¶ Op.ĩ.de ver.ob.de.l.quidã cum filiũ.Sol.hìc erant filij Seius & augerius:& io possunt exheredari. ista glo.dicit verũ. Sed quantũ ad.l.istã non est necesse:qa in extraneo est licita exheredatio,si de eo fiat institutio:vt.l. si certarũ. §. si eodẽ.š.de te.mil. ¶ Vlterius not.istã.l.per quã determinaui
a vobis quòd statutũ non põt disponere vt spurius succedat,[a] dixi in.l.iij.de
2 test.Modò† si statutũ diceret hoc modo,quòd quicunq; opponeret quòd talis est spurius,puniatur in tantũ,an valet statutũ?Certè non:& põt oppo
3 ni nõ obstãte statuto per istã.l. Item ponatis exemplũ in alio.scitis † quod per pactũ non põt prorogari instãtia:vt.l.ꝓperandũ.§.& si quidẽ.C.de iudi.modò quid faciunt litigantes? promittunt quod si vnus alteri opponeret de instantia perẽpta, quòd soluat tantũ. Certè non valet per istã. l. Sed quare facis tu mihi istud notare:qa quãdo p̃cedit turpis dispositio,& sequit̃ pœna,nõ valet,vt.ĩ.l.j.C.de his quę pœ.nomi.certè ideo facio te notare istã l.quia licèt non pręcedit turpis dispositio,& sequit̃ pœna:non valet,vt hìc.
4 ¶ † Quæro an ista talia pacta firment̃ iuramento?Or.aduerte bene:quędã sunt cõuentiones improbatę rõne turpitudinis: & istæ iuramẽto non confirmãtur:vt in.c.nõ est obligatoriũ,extrà de regu.iu.li.vj.& dixi plenè in.l. stipulatio hoc modo cõcepta.ĩ.de ver.ob.quędã sunt cõuentiones quę sunt improbatæ rõne publicę vtilitatis principaliter:& istę iuramẽto non firmãtur:vt.š.de pac.l.iurisgentiũ.§.si paciscar.& §.& generaliter & extrà de fo. cõpe.c.si diligẽti,vbi est casus.quędã sunt pacta q̃ reprobãtur rõne publicę vtilitatis secũdariò:vt alienatio fundi dotalis:& ista cõfirmãtur iuramento, vt.c.cũ cõtingat.extrà de iureiur.quędã sunt pacta quę improbãtur in odiũ creditoris:vt pactũ.l.cõmissorię in pignorib⁹ vt.l.fi.C.de pac.pig.Itẽ in mutuo in filiofa. vt.l.j.ad mace.& ista iuramẽto possunt confirmari:vt in.c.significãte.extrà de pig.vbi gl.tãgit.& Inn. no.ibidẽ.quædã sunt pacta quæ improbantur rõne modicitatis,vel imbecillitatis ꝑsonæ:vt in minore.xxv. an.& ista iuramẽto firmant̃,vt in auth.sacrã puberũ. C.si aduer.vẽdi. Vnũ nolo omittere:quòd qñ in odiũ creditoris tantũ validat̃ iuramento, & hoc est verũ:sed postquàm est seruatũ iuramẽtũ, põt repeti inquantũ locupletat̃ creditor cum aliena iactura: vt.c.j.&.c.debitores,extrà de iureiurã.Sed
5 quæro an cõtractus† qui ꝓbatur simulatus,vel à iure p̃sumitur firmetur iu
6 ramento? ¶ Gl.firmat quòd nõ.in.l.iij.C.plus valere quòd agi. ¶ Quęro†, an istud pactũ qđ posit prorogari instãtia,posit firmari iuramẽto? Et hìc
b cogitabis an sit principal'r in pub.vtilitatẽ inductũ tamẽ:vnũ volo[b] te scire, quòd iudex ex officio suo põt peruenire ad sñiam si videt instantiã perire, vt.l.vbi pactũ secundùm vnã lec.C.de transac.& facit.l.filiussa.§.veterani.š. de procu.& tunc pars sit cauta quod iudici ꝓtestetur quòd instãtia perijt.
7 ¶ Quæro † quid in donatione inter vir.& vxor.[c] an iuramento firmetur?
c Et Guil.de cug.tangit in.l.sed & si possessori. §.item si iurauero.š. de iureiur.& videt̃ dicere quòd valeat,sicut quãdo donauerat in fauorẽ religionis, vt.l.cum hic status.§.nam & circa.š.de do.inter vir.& vxor.sed iuramentũ est magna religio,vt.l.j.š.de iureiur.Item hoc apparet ex his q̃ dixi:qa non est improbata donatio rõne publicæ vtilitatis principaliter,nec alio modo de dictis.š.& ideo donatio potest iuramento confirmari.

SVMMARIVM.

1 *Empyteuta qui empyteusim uendidit,& reemit, an possideat sicut primitus.*

LEX. XXIX.

Si a me tibi. Quod hęres habitur⁹ est nõ iure hęreditatis non imputat̃ in fal.h.d. ¶ Opp.& videtur qđ testator nõ posit legare hęredi.vt.l.planè. §. si duob⁹ š.de lega.j. Sol.verũ est qđ legare hęredi à seipso nõ põt,sed heredi à legatario põt. ¶ Vlterius oppo.quòd si do tibi vt des mihi,nõ valet, vt.l.qui sic.ĩ.de sol.Respon.si do tibi vt des mihi:si nullũ est cõmodum,nõ valet,vt ibi.sed si aliquod cõmodũ est,valet,vt hìc.facit ad hoc.l.seruus do-
1 talis.š.sol.mat.Quid† si emphyteuta fundũ vendidit,& postea reemit:[d] an
d ipse posideat eo iure quo antiquit⁹ habebat? Hic tex.facit qđ nõ:ibi,quia incipit postea &c.de hoc habes casum not.x.colla.qđ iuris sit si vasallus feu

¶ Spurius succedat. Adde an tale statutũ valeat Bal.cõsi.ccxxxvij.li.iij.& Fede.cõsi.cclxxv.& inquãtùm Alex. trãsit cum op.quòd non valeat statutum quòd matrimoniũ non posit cõtrahi sub pœna sine consensu patris vel fratris,allegans Pe.de anch.cõsi.mihi.xx.dic quòd Bal.cõsi.cccxxix.in c.statuto terræ nursię cõsuluit quòd stante statuto quòd mulier nõ habens patrẽ vel matrẽ nõ posit nubere sine cõsensu fratris sub pœna, & contingat quòd frater sit exbãnitus:quòd tamẽ illius cõsensus per nuntiũ est requirẽdus ad euitãdã pœnam,latius ibi vide & quòd consuluit Oldra.cõsi.xvj.& inquãtùm Alex. tãgit an valeat sentẽtia lata perẽpta instantia, vide Abb. consi.xvj.li.ij.&ibi quid si iudex pronunciauit de cõsensu partiũ instantiã superesse.

di post ali.re.c.primo.facit.š. depo.l.j.§.si rem.not.ꝑ Dyn. l.sequitur.§.j.š.de vsucapio.

in LEX. XXX.

e In ratione.l.fal.mortis. Damna[e] post mortẽ testatoris contingẽtia, sine culpa legatarij imputãtur hęredi,& cõmodum seu lucrũ legatarijs nõ prodest h.d. ¶ Op.de.l.paulus.§.fi.š.eo.Sol.ibi loquit̃ de fructibus obuenientibus ex ipsa re legata: hìc ex alia. ¶ Oppe.ĩ.ea.l.§.diligenter.sed istud principiũ intelligitur secũdùm illum.§.diligenter. ¶ Vltimò credo quòd istud principium sit hodie correctum inuentario facto.dicam in.§. diligenter.

Vendere. ¶ Qui iussit vẽdere, vel emere, eatenus computat in legato quatenus est excessus in re:vel in pretio.h.d.

Diligenter. Casus non liberat debitorẽ generis generalissimi:sed debitorẽ speciei sic.Item liberat debitorẽ generis subalterni illo gñre perẽpto.h.d.vsq; ad.§. tametsi. ¶ Op. š.ea.l.in prin.&.š.eo.de.l.in ratione.§.quod vulg.sol. intellige illas secũdùm distinctionẽ huius.§.domini: ego credo, prout tetigi in.§. quod vulgo.quòd ista.l. & iste.§. diligenter.hodie sit correctus facto inuentario.& ad hoc me mouet rõ posita in.l. scimus.§.& si pręfatã.&.§.seq.& seq. C.de iur.deli. vbi dicit̃ quòd creditorib⁹ & legatarijs de ipsis rebus soluere posit hæres, si nõ reperiret̃ pecunia in hæreditate: de ipsis ergo rebus debet satisfacere hodie: ita quòd nullũ dãnum patiatur.Sed si ista.l.staret hodie, qđ rebus per emptis teneretur, pateretur damnũ, quod est cõtra tex.illum. Præterea quãdo quis est debitor quantitatis respectu certæ speciei, illa specie perẽpta liberat̃, vt.l.quidã.§.si tibi.&.l. titiæ textores.§.fi. š.de lega.j. &.l.is qui.š.de noxali.act.&.l.in naue. zaufeli.š.locati.&.C.de iure emphy.l.j.modò hæres hodie tenetur ad quantitatẽ respectu illarum rerum de quibus põt solui. facto inueutario si res pereat: ergo liberatur.& pro certo istud habeo pro vero: & nõ habeo doc.nec glo.quæ dicat rationem quam dixi.

Tametsi. Licèt datum causa conditionis implendæ non imputetur in falcidiã, tamen datum vt pretiũ in falcidiam imputatur.h.d. & est not.§.in versicu.ibi quemadmodũ.lege tex.secundùm Dyn.qđ loquitur exẽplificatiuè,non similitudinariè. ¶ Opponi.qđ hìc de necessitate loquide trebellianica,nõ de falcidia cũ iussus est restituere hæreditatẽ:sed in trebellianica imputatur quod causa cõditionis implẽdæ accipitur, vt.l.in quartã.ĩ.e.ergo &c.glo.volẽs soluere contrariũ dicit. quòd debet restituere per venditionẽ, non per Trebellia.& vide glo.quę incipit,ꝑ venditionẽ &c. & ista glo. optimè dicit per rationẽ:quia si est iussus restituere hæreditatem per venditionẽ,non transfertur actio ꝑ trebel. sed habet locum titulus de hære.vel act.vẽdi. ¶ Sed contra hoc oppo.ista videt̃ mala expositio qđ hìc ꝑ modum vẽditionis sit rogatus restituere:quia secundùm hoc versi.quẽadmodũ.superflueret,& nil adderet ad præcedẽtia. Sol.istud quemadmodũ, ponitur exemplificatiuè, & nõ simultitudinariè secundùm Dyn.in apostilla. ¶ Sed opp.qđ in prin.non fuit iussus fideicõmissarius dare pretium:sed vt in vim modi:vt glo.intelligit.Breuiter tu posses sustinere istam glo.duobus modis. Vno modo vt illud quod dicit in vim modi accipiat̃ largè,quod vẽditio sit quidã modus accipiẽdi, nõ strictè pro modo qui assumitur in materia de cõdi.& demõst.vel alter dico,quòd quãdocunq; quis rogatur pretiũ dare in vim modi,quod ista sunt paria vt des pro centũ:quia modus est quædam remuneratio:vt dicit glo.in.l.si quis seruũ.š.titul.j.& sic vt quędam venditio:quia datur onus pro re quæ accipitur prout pretium. ¶ Procedo vlterius

b ¶ Tamẽ vnũ volo. Adde quòd hoc dictum vt singulare allegat Are. in. c.j. col.ij.de iudi.& sequtur esset. Pe.de ancha. in cle. quãdiu. de appella.& de veritate vide ꝑ eundẽ Are.in.c.venerabilis.colũ.iiij. eo. arti. & aliquid ꝑ Fely.ĩ c. cõsultationibus. cir.fin. de offic. de leg.I.T.
Adde tu quòd opinio Bar.hìc dicit cõmunẽ Alex.in cõs. viij.col.j.ver. comprobatur in. ij.vol. & ibi cõcor.qui idẽ dicit de donatione facta per patrẽ filio iu ꝑtãte:de quo no. per Cacialupum ĩ repe. l.frater à fratre.q. xv.š. de condi.inde. Io.T.

c ¶ Inter vir.& vxo. Adde Bald. consil. xxx.lib.iij.Abb.cõsi.xlviij.&.xcv.lib. ij.Pau. de ca.consi. xcviij.

d ¶ Reemit.Adde an vasallus vendẽs fundum, & non tradẽs cadat à feudo. Bal. cõsi.cccclx.lib.iiij.

e ¶ Damna Adde in quantum Alex.tãgit an si filius iuramento legitimã acceptauit à patre,an aucto patrimonio posset vltra petere. qđ consuluit Abb. cõsi.cxvj. lib.ij.

& oppo.de.l.fideicōmissa.§.cū esset.s.de leg.iij.Glo.q̄ est hîc dat duas solu-
tene secundam,& illa est bona de qua feci mētionem in.l.à testatore.s.ti.j.

Cum.l.falcidia. ¶ Legata quę non valent:non veniunt in computatione.l.fal.

LEX XXXII.

POEnales actiones. Actiões ĩ hęredes trā sito-
rię pœnales vel nō,etiā si
à psona hęredis incipiūt,ex parte actoris augmētū,& ex parte
rei diminutionē patrimonij inducūt.secus si ad hæredē,vel cō-
tra hæredē nō trāseunt.h.d.Diuidit̄ in tres partes.Primò loquit̄ de actioni
bus pœnalibus,nō cōpetentibus ad vindictā.Scd̄o de his quæ cōpetūt ad
vindictā.& causa similitudinis addit de actionibus ex cōtractu quæ non
transeunt ad hæredes,vel incipiunt ab hæredibus.Tertio de actionib⁹ præ
torijs.secunda ibi,sed nec in actoris.tertia ibi,honorariæ quoq̧.

SVMMARIVM.

1 *Diuiduum ab indiuiduo distinguere pertinet ad factum,non ad actionem.*
Stipulatio quando habet originem ex facto hæredis,quilibet hæredum ex facto proprio
tenetur:secus in obligatione quæ incipit à defuncto.
2 *Stipulatio iudicatum solui præstita per unum ex pluribus hæredibus committitur tan-*
tùm ei qui uicit,& contra eum qui perdidit.
3 *Dispositio.§.Cato.habet tantùm locum in stipula.stricti iuris,non prætorijs.*
4 *Stipulatio duplæ non est prætoria.*

Iulianus scribit. Stipulatio interposita vni ex hæredib⁹ ad
alios nō porrigit̄.Itē si pœna cōmittit̄ ex
stipulatione prætoria facto vnius hæredis,ipse solus,nō alij tenebūtur.h.d.
¶ Opp.& videt̄ ꝙ ista stipulatio interposita ab vno ad omnes porrigatur
vt.l.ij.§.fi.&.l.eadē.§.Cato.j.de verb.obl.Sol.glo.hîc loquitur in stipulatio
1 nibus diuiduis:ibi in indiuiduis.¶†Opp.de.l.v.§.fi.e.tit.Sol.distinctio di-
uidui & indiuidui nō pertinet ad actionē,sed ad factū,vt.d.l.v.in fi.&.l.in
executione.§.pe.eo.ti.& gl.verū dicit in se:sed nō oportet hoc dicere quo
ad.l.istā:qa leges cōtrarię loquuntur in obligationib⁹ q̄ incipiūt à defun-
cto,& ad plures hæredes extēduntur?sed in.§.nostro loquit̄ qn̄ stipulatio
habuit originē ex facto hæredis:& ideo quilibet ex facto proprio habet,vt
ar.l.fi.s.ad syll.¶ Sed op.de.l.stipulatio.in fi.de no.op.nu. Breuiter glo.in-
telligit ꝙ ibi fuit stipulat⁹ nomine suo,& aliorū:hîc tm̄ nomine suo.¶ Ve-
nio ad scd̄am partē,& opp.qa iste.§.videtur contra.§. Cato.& contra.l.v.
§.fi.de ver.ob.& inducas primò in eo ꝙ dicit ex clausula iudicatū solui.po
ne quòd in iudicato venit dari?fuit cōdemnatus ad aliquā quātitatem,qn̄
quantitas est in obligatiōe,vel dari:& obligatio cœpit à defuncto,vno nō
soluēte oēs tenentur,vt.d.l.v.in fi.&.l.in executione.§.j.eo.ti.Hîc autem di
citur contrariū,quod ex clausula iudicatū solui,ille qui fuit victus tenetur
2 &c.Sed†ego dico quòd stipulatio iudicatum solui,cōmittitur ei qui vicit,
& cōtra eum tm̄ qui perdidit:vt hîc.& facit.l.ij.in fi.j.de præt.stipula.Sed si
illi stipulationi adiecta sit pœna si nō solueret,omnes tenent̄,vt in contra-
rijs.Sed adhuc instamus cōtrà.Nā stipulatio rem defendi,vel ob rem non
defensam:continet indiuiduum.qa nō potest ꝑ parte defendi,vt.l.ex clau
sula.j.iudi.solu.&.l.antepe.s.si ex noxa.cau.aga.Sed in indiuiduis vno ex
hæredibus contrafaciēte,insolidū cōtra omnes committitur,vt.l.eadē.§.Ca
3 to.j.de verb.obli.ergo iste.§.malè dicit.Quid dicemus?hîc videte.post mul
ta dico.i.§.Cato.in.ij.q.ꝙ ille.§.Cato.habet locū tantū in stipulationib⁹,&
conuentionibus stricti iuris non prætorijs:sed in his q̄ sunt bonęfidei,& in
p̄torijs,vno contra faciente contra illum solum committitur,vt hîc &.l.in
depositi.s.depo.&.l.iij.§.hæres.s.commo.& sic est speciale in p̄torijs hîc.
Sed dices tu istud est contra casum.l.cum ex causa.j.de verbo.obli.vbi sti-
pulatio duplæ quę est prętoria,vno non defendente committitur contra
4 omnes.Breuiter†respondeo ibi quòd stipulatio duplę non est prętoria:qa
potest esse prætoria & ciuilis,vt dixi in.l.iij.§.fi.j.de verb.obli.&.d.l.cum
ex causa.& plenè in.§.Cato.& vide quòd circa illud glos.nil dicit:sed hîc
in prima parte.§.vbi non erat necesse,glo.fecit mentionem de.§.Cato.sed
ad finem.§.illa glo.non potest adaptari:& ideo glo.nil dicit hîc:nec potest
dici quòd per errorem glo fuerit posita,cum adaptari non posset.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia non detrahitur de legatis animæ.*

Si titio. Pars legata â legatario eatenus minuitur quaten⁹ sibi dimi
nutum est legatum.secus si in totum rogatus sit restituere,
vel seruum manumittere.h.d.§.noster legitur multis modis secundùm di-
uersitatem literarum:tamen in effectu parum differt vna ab alia.¶ Op.&
videtur quòd diminuto legato non diminuatur onus,vt.l.maritum.§.j.s.
eo.&.l.liberto.§.j.s.de annu.leg.Sol.glo.& bene,quòd hic de parte legati
fuit rogatus:ideo quatenus sibi minuitur eatenus minuit legatario suo,ibi
non ex ipsa re legata,sed aliunde.de hoc vidistis in.l.plautius.s.tit.j.& vide
2 bitis in.l.facta.§.si titius.j.ad trebel.¶ Quærit gloss.† an legatarius posit
detrahere fal.de legatis animæ Et videtur quod sic per.l.istam,& per.l.j.
C.communia de leg. dicit gloss.contrà per.l.lex falci.§.nunq̄.infrà.eo.&
ibi videbitis.Non obst.ista.l.quia detrahit ex pręsumpta voluntate defun
cti,non ex vigore legis falcidię.

LEX XXXIII.

SI seruus. Legatum libertatis vel serui vt manumit-
tatur non defalcatur : nisi cum alia res de- 1
falcabilis sit legata.legatum verò pecuniæ vt seruus manu-
mittatur,non defalcat̄,si per hoc manumissio impedit̄.aliâs secus.hoc dicit
cum tribus legi.seq.vsq̧ ad.§.si incertū.& Primo ponit legē Caij.Secūdò
legem Iuliani.Tertiò legē Vlpiani.Quartò ponit̄ determinatio Iuliani.in
prin.l.sed si nō seruus.Quintò ponit̄ determinatio ad.l.iul.ibi,si sol⁹.Opp.
de.l.decem.j.de fideicō.lib.Sol.intellige hāc secūdùm illā,& ibi est clarior
tex.¶ Opp.de.l.gn̄aliter.§.si quis alienū.j.de fideicō.libe.sol.ista intelligit̄
secundûm illā.¶ Item no.quādo vni legantur duę res:quia si vna est defal
cabilis alia non:tunc de ea quæ est defalcabilis detrahit̄ falcidia pro vtraq̧
dicemus.j.e.l.in quartam.

LEX. XXXVI.

SEd si non seruus.

Si incertum sit. Iste est difficilis.§.& hoc dicit:
si seruus legatur purè,vt manu-
mittatur in diē,vel sub conditione:hoc legatū interim defalcat̄:sed quo ad
alios legatarios talis seruus exēplo statuliberi ęstimat̄.hoc dicit cū.l.seq.In
text.ibi,præstari debeat.seruo legato purè.ibi detraxit.interrogatiuè lege.
¶ Opp.dicitur hîc quòd interim legatū serui per.l.falcidiā minuatur.Con-
trâ.& videtur quòd interim non minuatur,sed debet ęstimari vt statulibe-
ri,vt.j.e.l.eius serui.&.l.in ratione.la prima.§.j.s.eodem.Glo.fatetur quòd
Celsus corrigitur:& vide glos.quæ incipit,in legato &c.& sic ista glos.vide-
tur velle quòd hîc iurisconsultus malè dixerit.sed nescio quare glo.hoc di-
xit:imo bene dixit Celsus.&.l.sequens non corrigitur:quia lex eius loquit̄
quādo ęstimatio fit vt sciamus an falcidia locum habeat vel ne:& tunc de
trahetur secundùm legē istam in fi.& simile est in.l.j.§.si vsusfructus.s.eo.
¶ Op.j.eo.de.l.in quantitate.§.j.ver.cuius.l.j.§.hæc verba.j.ti.j.vbi dicitur
quòd non defalcatur seruus,sed alia legata prestātur recepta cautione.sol.
ibi loquit̄ quādo ipsi seruo est relicta libertas in diem vel sub cōditione:hîc
loquitur quando ipse seruus alteri est legatus purè cui relicta est libertas in
diem:nam interim defalcatur.¶ Sed op.de.l.in ratione.§.j.s.eo.sol.ibi ne-
mini erat legatus,hîc sic.

LEX. XXXVIII.

STatuliber hæredis. ¶ Opp.dicitur hîc qd̄
statuliber.non auget
familiam hæredis.cōtrà de.l.statuliberi à cęteris.in prin.j.de sta
tuli.Sol.quātùm ad falcidiā non imputatur,vt hîc:quantùm ad
alia sic,vt ibi.¶ Op.s.e.de.l.sed si non seruus.in fi.Sol.ibi cōputatur com-
modum medij tēporis,non ipse seruus.& istud ibi nō dixi,quod tenet glo.
hîc:ideo adde ibi.intellige ergo quòd nō auget familiā non p̄cise:sed in de-
fectū.conditionis remanet in familia:& in euentū detrahit̄ ęstimatio de le-
gatis:& ideo interim præstātur legata exacta cautione,vt.j.e.l.in quātitate.
§.j.ver.cuius,&.l.j.§.hęc verba.j.ti.j.Hoc modo intelligit Iac.de are.istud
prin.qa hic nō fuit legatus seruus alteri,sed ipsi fuit legata libertas:sed in.l.
sed si non seruus.in fi.alteri fuit legatus.Dicitur in versi.cuius vsusfructus.
quòd cōnumeratur in patrimonio ꝓprietas:si ponis defunctū fuisse proprie
tarium,nō recipit dubitationē,sed si poneres defunctū fructuarium fuisse:
& tunc nō intelligeretur vsusfructus in patrimonio eius eo defuncto,vt.l.
pœnales.in prin.s.eo.sed si tu poneres quòd fuit stipulatus sibi,& in per-
sonam hæredis:tunc in persona heredis incipit nouus vsusfructus esse,vt.l.
stipulatio ista.§.si quis ita.j.de ver.obl.tamē defalcabitur:quia cœpit à de-
functo.Dicitur hic quod pignus est in bonis debitoris.& istud est verum,
nisi seruus sit pignoratus pro tanta pecunia,vel sit tanta vsura quod dn̄s ha
beat eum pro perdito,seu pro derelicto.quia verisimiliter nō credit̄ eum de
bere recuperare:tunc in patrimonio debitoris non cōputabitur,vt.l.qui ha
bebat.s.de le.iij.Dicitur hic de.l.cōmissoria,& pacto addictionis in diē &c.
intellige quādo venditio fuit cōditionalis:non purè resoluenda sub condi-
tione,vt glo.dicit.

LEX. XXXIX.

AEris alieni. ¶ Op.C.ĩ qui.cau.fer.pro pre.lib.l.ij.vbi
à fisco accipitur p̄tium.Dicunt quidam:
speciale est ibi.Alij dicunt:quòd fiscus soluit:tamen de hęredi
tate repetit.hoc tenēt docto.& Dyn.& Ray.¶ Vltimò gl.quæ
est in.l.in ratiōe.§.si seruus.damnaui vobis per istū text.& ibi damnat Dy.
& Iaco.de are.

LEX. XL.

AD veterani. §.Si cui.¶ Oppo.de.l.non amplius.in
princi.s.de lega.j.solu.nō est legatarius
vt posit grauari onere fideicōmissi.nisi in eo quod est vltrà:sed
quantùm ad falcidiam est in totum legatarius.¶ Op.de.l.si di-
gnum.s.eodē.sol.ibi imputatur vt pretium:hîc vt causa conditionis implē
dæ.& vide glo.quæ incipit contrà.s.de leg.j.&c.Cōtra hoc videtur.l.nesen
nius.vbi quod datur causa conditionis implendæ imputatur in falcidiam
solu.verum est quo ad ipsum qui dat:quo ad alios nō,vt dicta.l.nesennius
¶ Quæro quid si fuit rogatus dare sub modo vt des.& tunc vt pretium vi-
detur datum,vt.l.in ratione.§.tametsi.s.eo.& ibi dixi.

LEX. XLIII.

FAlcidia interuenire. Ista.l.legitur dupli-
citer in glo.¶ Ad se-
cundam lec.opp.de.l.quod statuliber.de do.cau.mor.Solu.ibi
dedit eo absente:hîc eo præsente:vel ibi loquitur de trebelliani-
ca:hîc de falcidia.& concludo vt ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Gabella si ex forma statuti debet solui ad rationem sex pro libra,de omni contractu pro*
debito in diem fit minor æstimatio:& ita minor gabella soluetur.

LEX XLV.

IN.l.fal.non habetur. Op.j.e.de.l.cũ titio. sol.vt ibi dicam.no, istã.l.ꝑ ſcõ gabelle,qñ dicit ſtatutũ quõd ꝑ ǭlibet libra ſoluat tm̃ ꝑ gabella:mõ ꝓmitto tibi.x.ſoluere oĩ anno tm̃:tũc nõ debet ſolui gabella ꝓ tota quãtitate,ſed deducit̃ ĩteruſuriũ medij tp̃is:qa minor eſt illa quãtitas ꝓ oĩ anno.x.,ꝓ cẽtenario:& iõ iſtud min⁹ ęſtimat̃ quo ad gabellã ſoluẽdã,ꝓut hĩc quo ad falcidiã.facit.l.cũ q.§.melior.ſ.de in diẽ addic.vbi non tm̃ ęſtimat̃,ſed debet ſolui ad terminũ,prout ſi incõtinẽti.

LEX XLVI.

QVi quod per legem fal. Opp.de.l.qđ de bonis.§.j.ſ.e.ſol.ibi eo viuo:hĩc poſt mortẽ.facit ad.q.de arbitro:de qua ibi dixi.

LEX XLVII.

EX falcidia.

Si interueniat. Op.de.l.cũ titio.j.e.Sed gl.ſoluit hĩc,ego ſoluã ibi,& ibi videbitis.

Nunquam legatarius. Tot⁹ mũd⁹ ſcit iſtũ.§.¶ Oppo.de.l.pœnales.§.ſi titio.ſ.e. Sol.dicebat quidã legatari⁹ nõ detrahit ex ſua pſona,niſi ſit ſibi detractũ, ſed veri⁹ eſt ꝙ nũǭ detrahit ex pſona ſua,ſed ex pſumpta volũtate defuncti ſic,vt in cõtrario.¶ Op.de.l.j.§.inde Nerati⁹.ad treb.ſol.fideicõmiſſari⁹ nunǭ detrahit ex pſona ſua,& nũǭ de legatis à ſe.De legatis ab heredib⁹ relictis nõ detrahit,niſi ĩ duob⁹ caſib⁹,qñ heres nõ detraxit ſibi:quia fecit ſi bi gratiã vel quia adijt coactus.Gl.eſt ibi melior quã hĩc,& Cy.ponit in.l.j.C.cõmunia.de le.& ibi gl.& nil plus dicit in effectu Cy.ibi cum glo.in.l.j.§.inde Neratius.ſigna gl.hĩc quæ eſt optima.

SVMMARIVM.

1 Heres ſi facit inuentariũ,an ſit habẽda ratio dupli cõm ſſi,re euict a,ſiue fuerit emptor ſiue venditor:& dicit quõd non.

LEX XLVIII.

CVm emptor. Obligatio dupli inter heredẽ & teſtatorẽ cõſiſtẽs,hæredi,& cõtra heredem reſeruat̃ ĩ ſimplũ ad excludẽdã falcidiam.h.d.& eſt ſingularis lex. ¶ Op.de.l.ij.§.ſi titi⁹.ſ.de hær.vel act.vẽ.Gl.dicit:ſolue vt ibi.Breuiter quia ibi vẽdit hęres hæreditatẽ:vñ quãtũ ad emptorẽ habet̃ pinde acſi no eſſet hæres.¶ Op.ſ.e.de.l.ſi à me.Gl.nec ibi nec hĩc ſoluit:ſed illa nõ cõtradicit ſi bñ inſpicias:vel potes dicere quõd hĩc iſtud eſt in odiũ pœnæ.¶ Quæro

1 † ꝓ declaratiõe legis quid ſi hæres facit inuẽtariũ:an tũc totũ duplũ detrahit? Et gl.eſt ordinaria ǭ ſub dubio forte,dicit ꝙ ſic,vt.l.ſcim⁹.§.in cõputatiõe.C.de iu.deli.in prin.gl.mag.& ibi Cy.dicit ſine forte,& ſic iſta.l.nõ habet locũ hodie facto inuẽtario.Nõ recordor quid ibi dixeri,tñ dico ꝙ ſiue fecerit inuẽtariũ vel nõ,nõ põt detrahi niſi ſimplũ:quia ſiue fuit ẽptor,ſiue vẽditor heres,nõ cõmittit̃ ſtipulatio ad duplũ re euicta,vt.l.ſi ei.in prin.& §.j.ſ.de euic.ſecundũ diſtinctionẽ illius.l.iſta.l.debet intelligi:cũ ergo nõ cõmittat̃ ſtipu.ad duplũ,nõ põt ad duplũ deducere.Præterea.l.ſcim⁹.§.& ſi prefatã.&.§.ſe.nõ ꝓuidit de hoc,vt heres ꝑ beneficiũ inuẽtarij lucretur, ſed ſolum ne damnum patiatur.non ergo deducit niſi ſimplum.

SVMMARIVM.

1 Ius accreſcendi an habeat locum in contractibus?

LEX XLIX.

PLautius ſeruo. Spes defalcandi cõis eſt heredi,& legatario.& qđ legat̃ ſeruo cõi,eis acquirit̃ quib⁹ põt.h.d.¶ Op.de.l.ꝑ ſeruũ.§.j.j.de acqui.re.do.So.gl. intelligo illã ſecũdũ iſtã.¶ Op.de.l.ꝓinde.§.ſi ſeru⁹ cõis.j.de ſtip.ſer.Solu. ibi loquitur ĩ ſtipulatiõe ǭ ſimplr̃ fuit facta ex cã lucratiua.& vide gl.ǭ in-

1 cipit,nõ ſolũ &c.Circa finẽ vides † ꝙ gl.diſtinguit,an fiat ex cã lucratiua, vel nõ.dixi vobis al's in.l.ꝓinde.§.j.j.de ſtipu.ſer.expſſius in repetitiõe.l.re cõiũcti.ſ.de leg.iij.circa fi.vbi q̃ro an in cõtractib⁹ inter viuos habeat locũ ius accreſcẽdi.& dic ꝙ et ĩ cõtractib⁹ diſtinguit̃,aut qui donabat puenit ad traditionẽ:& tũc alijs acqrit̃ nõ ſibi,vt.l.ꝓide.§.j.ſed qñ ꝓmiſit tm̃:tũc qa ĩ retẽtiõe põt ſibi ꝓuidere:iõ ꝓ pte ſua alijs nõ qrit̃.l.ꝓide.§.j.j.de ſtip.ſer.

Interdum. In fi.§.dic ideo ne legatũ pereat recurſum eſt ad remedium poſitum.ſ.eo.l.ſi fundus mihi.

SVMMARIVM.

1 Falcidia non detrahitur de legatis ad pias cauſas:& ideo pro ea parte detrahitur ad incommodum heredis & legatariorum.

LEX LII.

EX aſſe. Legatũ inutile ꝑpter incapacitatẽ legatarij ꝓdeſt cęteris legatarijs.h.d.ſecũdũ vltimũ ĩtellectũ gl.Pro declaratiõe q̃ro ĩ quo ꝓdeſt filio ſi eſt inutile legatũ alij,gl.dicũt ꝙ ſi legatũ illi⁹ nõ defalcat̃,ꝙ illi extraneo inſolidũ pſtaret̃:tũc de legato ſi lij ſolida falcidia detrahet̃,& vide gl.ǭ ĩcipit:ſui teſtõris &c.ſic vides glo.ꝙ vbi legatũ nõ põt defalcari,cedit ad incõmodũ aliorũ.Itẽ tenet.j.e.l.ſi ĩ te-

1 ſtõ.& hoc eſt bonũ ſcire:† qa ſcitis ꝙ vbi legatũ non põt defalcari,cedit ad incõmodũ aliorũ:quia de relictis ad pias cauſas non detrahit̃ falcidia:ideo tũc de alijs legatis hæres detraheret:& ſic ad incõmodũ aliorũ nõ heredis. Sed cõtraria gl.ẽ ĩ auť.ſiľr.C.e.& illa eſt vera & ꝓbo p.l.ſi poſt miſſionẽ.ſ. e.hoc vidiſtis ĩ.l.ſed ſi nõ ſeru⁹.circa fi.& l.ei⁹ ſerui.ſcđo mſo.&.l.eris alieni.ſ.e.vbi vt ęs aliẽnũ detrahit̃ legatũ qđ nõ defalcat̃.& ſic heredi & legatario nocet.Nõ ob.l.planẽ.ſ.e.qa ibi eidẽ fuit factũ legatũ:hĩc diuerſis.& ꝑ dicta vera ſũt qñ falcidia ceſſat ex diſpõne legis.Sed ſi ceſſaret ex diſpõne teſtatoris:tũc fieret cõputatio eo mõ ǭ no.ĩ.l.ſi ĩ teſtõ.j.e.Lego ergo gl.ſcđo mõ ĩ filio naturali.Et iſta ẽ vera ꝙ nõ poterat relinq:qa erat ſpuri⁹.Alij legũt vt Iac.de are.& ĩtelligũt literã ꝓut iacet ꝙ reliquit.cxx.filio,& reliqua extraneo:ita ꝙ patrono nõ remanet debita portio ǭ erat dimidia ſecundum iſta tp̃a:& ꝑpter illã portionẽ debitã patrono,minuit̃ portio extranei,tñ filio pſtat̃ integra:cũ patronus coniũctis pſonis pſtet legata ĩtegra,vt.l.iij.ſ.ti.j.& ſecũdũ hoc ỽ.quacũq; ex cã ẽ.§.

L. LIIII

a PAter filium. [a] A defuncto hæredib⁹ debitũ,vt æs alienũ detrahit̃.h.d.¶ Op.in fiľr de.l.ſi fundũ p fideicõmiſſum.§.fin. cũ gl.ſ.de leg.j.ſo.ibi potuit relinq̃re,vľ ibi reliquit ex volũtate,hĩc ex neceſſitate.¶ Ad hoc op.ꝙ ſal tẽ reſpectu vnius nõ erat coactus.ſolu.ex perſona debitoris ſufficit ꝙ debeat̃ licẽt nõ reſpectu mei,vt hĩc ĩ fi.vel aliter quilibet ex filijs dicit̃ creditor,nul la facta electione,vt.l.vnũ ex familia.§.j.ſ.de leg.ij.

SVMMARIVM.

1 Legatũ annuũ pendẽte dubio æſtimatur inquãtũ debetur.

2 Ius alimentorum,uel ius uſuſfructus non poteſt in alium uenditione transferri.

3 Legati conditionalis,uel annui qualiter fiet æſtimatio in deductione falcidiæ.

4 Stante ſtatuto.quõd de qualibet re alteri legata ſoluatur gabella,non ſoluitur de legato annuo,niſi ꝓ primo anno,& ſucceſſiuè in futurum.

LEX LV.

1 CVm titio. Legatũ † annuũ pẽdẽte dubio æſtimatur inquãtũ vẽdi põt:ſed eo finito ĩquãtũ debet̃.h.d.¶ Op.ſ.eo.de.l.in.l.fal.nõ hr̃.Sol.dicũt qdã,qđ debet eẽ electio legatarij,an in teri hẽat totũ pſtita cautiõe,ſed iſta ſo.nõ eſt bona,& eſt cõtra me,& cõtra tex.l.cõtrariæ.itẽ iſta inuit ꝙ cautio fauore legatarij ĩterponat̃:quod ẽ falſũ,vt l.j.§.j.ti.j.Vel alr̃,& eſt diuinare.Alij qđ ibi loquit̃ de legato cõdõnali:hĩc de ãnuo.& iſta eſt ỽa quãtũ ad illã.l.Verũtñ in hoc legato cõdõnali fuerũt opi. ĩter gloſſatores ãtiquos,vt.l.ſi ꝑpterea.ſ.e.ſed illæ opi:ſũt truffę:qa ĩ cõdõnali loquit̃ ibi.Quę ſit rõ inter cõdõnale & ãnuum,cogitabitis.Alij ſoluũt ꝙ ibi,loquit̃ qñ cũ eo.hĩc qñ cũ cæteris legatarijs fit cõputatio.ſed iſta nõ ẽ vera p dictã.l.ſi ꝑpterea.& facit.l.j.§.ĩterdũ.ſ.e.¶ Op.de.l.lex falc.ſi ĩterueniat ſ.e.Rñ.ꝙ ibi loquit̃ qñ fit cõputatio rõnis inter herẽdẽ & ip̃m legatariũ cui eſt annuũ relictũ:hĩc qñ cũ cęteris.& iſta eſt vera:& ibi gl.tenet Dy.Old.& Ray.¶ Opp.de.l.iij.in fi.ſ.e.vbi fit cõputatio alio mõ.So.ibi loquit̃ qñ relinquit̃ ciuitati aliquod annuũ,quod æſtimat̃ ꝑpetuũ,acſi relinq̃ret̃ eccleſiæ, vel monaſterio.hĩc qñ priuato relinquit̃:quia ẽ incertũ quãto tp̃e viuat.¶ Op.de.l.pœnales.§.ãnua.ſ.e.Gl.hĩc nõ ſoluit:ſed in.l.lex fal.ſi interueniat,vľ ſoluere dicẽs quõd loquit̃ hĩc qñ ꝑpter cæteros fit cõputatio,vel qñ cũ eo cui ẽ relictũ.Sed ǭtũ ad illũ §.ãnua.iſta ſol.nõ ẽ bona.& vide.§.ãnua.nã hĩc loquit̃ qñ legatũ ẽ ĩcertũ:quia ꝓ prĩo ãno erat purũ, ꝓ ſequẽti cõdõnale.ĩ.§.ãnua.ẽ certũ ǭtũ duret,& trãſit ad herẽdẽ,vt.l.ſi cũ pfinitione.§.j.ꝗ di.le.ce.& iõ debet fieri ęſtimatio,vt de legato in diẽ ſecundũ l.ĩ.l.fal.nõ hr̃.ſ.e.¶ Op.de.l.hr̃ditatum.j.e.gl.ſol.ĩ.l.lex fal.ſi ĩtereuẽiat,& dicit ibi quo ad ip̃m legatariũ: hĩc quo ad cæteros.Iſta ſo.nõ ẽ ỽa,& ẽ cõtra illã gl. in.l.hr̃ditatũ.So.gl.alr̃ hĩc,quõd ibi loquit̃ vt ſciat̃ per quot ãnos fiat ęſtimatio:hĩc vt ſciat̃ quãtũ valeat.Et iſtã ſo.ſeq̃bat̃ Ray.& Old.iſta ſo.nõ placet mihi:quia tex.dicit hĩc in ĩcerto poſito ǭdiu victurus ſit &c.Sed ſecũdũ iſtã ſo.ponerem⁹ ꝓ certo qđ eẽt cõtra tex.Dat gl.aliã ſo.ꝙ ibi ĩ legato vſuſfruct⁹

2 vel alimẽtorũ:hĩc ĩ alio ãnuo.Iſtã ſo.teneo.† quã ꝓbo per rõnẽ.lex nr̃a dicit ꝙ debet ęſtimari quãtũ venire ad legatũ põt.Iſte mod⁹ nõ cadit in legato alimẽtorũ,& ĩ legato vſuſfruct⁹:quia nõ põt in aliũ vẽdẽdo trãſferri,vt.l.ſi vſuſfruct⁹.de iu.do.Nec ius alimẽtorũ põt vẽdi cũ cohæreat perſonæ:& alia ſunt alimẽta in perſona vni⁹ & alia in perſona alteri⁹.&

3 ſic ĩtelligo iſtã ſo.Ex his ergo qđ colligis? † Dic qñ ꝙ loqmur de legato ſub cõ iõne:& dic vt.ſ.e.l.in.l.

a ¶ Pater filium.Ad de inquãtũ Alex. tanpit an emphyteuſis cõputet̃ in legitimã filio.Bal. conſi.ccccciiij.ij.lib.

fal.nõ hr̃.&.l.j.§.interdũ.&.j.eo.l.in quãtitate.§.sed & si legata. Et reprobata distĩctiõe Hu.q̃ fit.s.eo.l. si ꝓpterea. Si verò loqmur de legatis ãnuis: tũc aũt reliqͭ ciuitati, vl' alteri publico loco.& dic vt.l.iij.in fi.s.eo.aut relinquiͭ singulari psonæ: & tũc aut legatũ ãnuũ limitatũ est certo tpe, & fit ęstimatio sicut de alio legato ĩ diẽ, vt.s.e.l.pœnales.§.annua.&.l. in lege fal.nõ habeͭ cõiũcta.l.si cũ p̃finitiõe.j.qñ di.le.ce.si vò ãnuũ legatũ est simplr: & tũc aut fit cõputatio quo ad alios legatarios: & stamus huic legi: aut quo ad ipm legatariũ, & recurrim⁹ ad.l.lex fal.si ĩter

4 ueniat.s.e.&.l.j.§.si ĩ annos.s.e.cũ si. Et hæc †faciũt

a ad qõ.factũ est statutũ [a] ꝙ de q̃libet re q̃ fuerit alicui relicta, soluaͭ gabella. cõtigit ꝙ alicui fuit relictũ aliquod annuũ. Dic ꝙ ꝓ prĩo anno tm̃ debet solui gabella, nõ ꝓ aliis ãnis.sed ꝓ eis solueͭ ĩ futurũ ꝓut dies cesserit, vt.d.l.lex fal.si interueniat: qa hîc nõ fit cõputatio respectu aliorũ, sed tm̃ respectu ipsi⁹ legatarij, sed si esset relictũ in diẽ: tũc dic vt dixi in.l.in.l. fal.nõ hr̃.s.e. ¶ Quero q̃ ẽ rõ qñ fit cõputatio ipsi⁹ respectu, vl' respectu aliorũ? Et rõ est: qa qñ fit cõputatio circa totũ, debet p̃stari cautio insolidũ: quia de aliis p̃stationib⁹ poterit fal.retineri: si ab aliis legatariis qb⁹ nil vltra debeͭ: tũc fit æstimatio. Si verò loquimur de legato vsufruct⁹: dic vt.j.e.l.hęreditatũ.

a ¶ Statutum. Adde ad Bart: hîc qđ hoc idem cõsuluit Alex.ĩ cõsi.xxxv. in.iiij.volu.& vide ĩ tractatu de gabel. quĩta parte octauę partis prĩcipalis.q.iiij.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas in æstimando nomine debitoris hæreditarij quòd inspiciatur in detrahenda falcidia.* L. LVI.

CVm quo. Augmẽtũ facultatũ hęreditarij debitoris, qñcũqꝫ cõtigẽs ꝓdest legatariis in falcidia detrahẽda.h.d. vides ꝙ augmẽtũ qñcunqꝫ cõtingẽs ꝓdest legatariis. ¶ Op.s.e.de.l.in rõne.in prin. Breuiter debet inspici tp̃s mortis circa augmẽtũ & diminutionẽ rei hęreditarię.hîc circa bona debitoris hęreditarij. Cõtrà in.d.l.in rõne.in prin, vbi loqͭ ĩ debitorib⁹ hr̃ditariis vbi dicit debitorũ fcã peiora noĩa. Rñ.in augmẽto inspicim⁹ augmẽtũ qñcũqꝫ cõtingẽs, vt hîc: sed in diminutiõe inspiciͭ tp̃s mortis, vt

1 ibi. Sed vñ oriͭ hoc qđ gl.dicit. Et †aduerte qñqꝫ ęstimaͭ res: & tũc semp inspiciͭ tp̃s mortis, vt.l.in rõne. in prin.sed qñ res nõ æstimaͭ sed est dubi⁹ euẽt⁹: & tũc isto casu pendẽte ęstimaͭ q̃tũ valet dubiũ, dubio finito ęstimaͭ q̃tũ ipm est vt.s.l.ꝓxi. Qñ debitor est soluẽdo, ęstimaͭ ipsa res: & iõ qcqd postea cõtĩgit nõ curaͭ, vt.d.l.ĩ ratione.ĩ prin, sed qñ debitor nõ est soluendo qd ęstimaͭ? Certè dubi⁹ euẽt⁹, vt.l. nesẽni⁹.§.fi.s.e.& videbitis ĩ.l.q̃rebaͭ.j.e.mõ cũ ęstimaͭ dubi⁹ euẽt⁹: si iste euẽt⁹ cõtĩgat, añqꝫ ponaͭ rõ.l.fal.tũc æstimaͭ. ¶ Sed op.j.e.de.l.q̃rebaͭ.&.s.e.l.j.§.si debitor.vbi ñ debet curari an sit soluẽdo. So.ibi loqͭ qñ heres est debitor, vl' ille cui est liberatio legata: qa quo ad se sẽp est diues & soluẽdo. ¶ Op.de l.e.tẽpore.§.j.s.de pec. So.ĩtelligo illã secũdũ istam.

b ¶ POMATES. ¶ Tu vis probare valorẽ rei.vide Feli.in.c.cũ cã.de testi.p Bar.& Alex. in.l.j.§.si hæres per cepto fundo.ff.ad trebel.vide Panor. consil.lxxvj. in ij. col.in.j.vo.Fely.in c.cum causa in j.col.& seq.versi.in glo.ij.in fi.de testi.

Is qui in bonis. Ibi reliquit.nã ĩ quolibet istorũ casuũ de commõ medij tpis detrahiͭ fal.Dy.& de hoc dixi in.l.sed si non seruus.§.fi.&.l.se.s.eodem.

Stichum. Iste est bon⁹.§.&.h.d. Si legatũ dñi.nõ sit defalcabile: ex legato serui detrahitur falcidia ꝓ vtroqꝫ.& idẽ est cõtrà.h.d.pro hac.l.facit.l. planè.&.l.sed si non seruus.s.e. ¶ Op.s.e.de.l.si pupill⁹.§.fi.scđm vnã lec.Dy.sol. ibi, & ibi ego dixi.

Sæpius. Iste est bonus casus, &.h.d. Quarta ĩ hęredẽ testatore viuo collata facit cessare fal.h.d. ¶ Op.de.l.si qñ.§.j.C.de inoffi. test.Sol.vt ibi Scđò op.de.l.id autẽ.&.l.ꝙ autẽ.j.e. &.s.e.l.pater filiã.ĩ prin.solu.hîc loquiͭ qñ testator hac mẽte dedit vt ĩ falcidiã ĩputareͭ: al's sec⁹. ¶ Quęro qd ĩ dubio? Credo ꝙ videͭ dedisse vt ĩ falcidiã ĩputeͭ: casus est hîc, ibi qa viuus videͭ &c.tãgã de hoc in.l.in quartam.j.eo & no.quæ dixi.

LEX LVII.

CVm dotem. Nõ debet ĩspici psona primi legatarij, sed psona fideicõ.ĩ quẽ legatũ debet vltimatè residere.h.d. In tex.ibi, ĩterpositi.s.legatarij primi de restituẽdo grauati.ibi capientis.s.fideicommissarij. LEX LVIII.

LEgis falcidiæ. Op.& vr̃ ꝙ oẽ ius tollaͭ spatio.xl.an. vt.l.cũ notissimi.&.l.oẽs.C.de pręscr. xxx.an.Sol.bñficiũ.l.fal.qñqꝫ põt ĩtẽtari excipiẽdo: & tũc ꝑpetuò põt, vt hîc, & arg.l.purè.in fi.j.de doli exce.qñqꝫ põt intẽtari fal.p actionẽ, vl' p ĩterdictũ, vt.l.lineã margaritarũ.s.e.& tũc finiͭ tpe ĩ cõtrario cõphẽso.

SVMMARIVM.

1 *Omittens, ponere unam rẽ in inuentario, an priuetur beneficio totius falcidiæ.*

2 *Nobiles quidam si ex forma statuti habent immunitatẽ à collectis, & non habent beneficium in ciuitate, & si acceptant priuenͭ immunitate, aduocatus ex nobilibus acceptauit officium ad condemnationes pro quo ex forma alterius statuti habet.xij.pro libra, quòd perdat immunitatem.* LEX LIX.

BEneficio. Qui agit vt legatũ ĩtercidat priuaͭ fal.idẽ ĩ eo q tacitã ĩ se fidẽ assũpsit de p̃stãdo nõ capaci. h.d. ¶ Quęro circa.l.nostrã.quõ hoc egit. Et gl.ponit delẽdo vl' cãcellãdo testm̃, vl' alr.s.subtrahẽdo rẽ hr̃ditariã, vt.j.e.l.hr̃ditatũ.§.fi. ¶ Quę-

1 ro †an priueͭ falcidia ĩ illa re tm̃.& gl.ĩ.§.sancim⁹.ĩ corpe.e.vr̃ dicere ꝙ nõ tota falcidia priuaͭ secũdũ ista tẽpora, vt.l.paul⁹.s.e.&.l.fi.§.illo. C.de iur. deli.&.l.rescriptũ.s.de his qb.vt ĩdig.&.j.e.l.hęreditatũ.hodie tota priuabiͭ vt.d.§.sãcim⁹.ĩ corpore au.e.ti.licet qdã dicãt cõtra, vt dixi ĩ.l.paul⁹.s.e. Al

2 legabã istã.l.†ad.q.Pisis dũ legebã: quia ibi erãt qdã nobiles ĩmunes à collectis: & ꝙ nõ debẽt hr̃e aliqđ bñficiũ in ciuitate & si acceptarẽt tũc priuẽͭ ĩmunitate. erat aliud statutũ ꝙ aduocat⁹ q ad cõdẽnationẽ erat posit⁹ debet hr̃e.xij.deñ.ꝓ libra.mõ qdã aduocat⁹ de illis nobilib⁹ acceptauit illud offm̃: an priueͭ illa immunitate? Et dicebã ꝙ sic: quia istud qđ detrahit.s. xij.deñ.ꝓ libra, est bñficiũ, vt hîc dũ dicit bñficio & hoc per istã.l.facit.c.j. x.col.q̃ fuit prima causa amit.beneficij.&.l.beneficiũ.s.de consti.prin.

LEX LX.

CVm pater. Legata relicta impuberi nõ imputantur in fal.pupillariter substituto.h.d.

CLegato petito. Qđ hæres pl⁹ soluit legatariis, in pœnã cõtumaciæ nõ nocet.h.d. ¶ Opp.& vr̃ ꝙ in actiõe ex testõ.nõ iureͭ in litẽ, vt.l.al's.s.de in litem iu. Sol. gl.ꝙ hîc fuit iuratũ sup actiõe in rẽ q̃ ẽ arbitraria.& ista est va.vel solue vt in gl.& nõ est va: qa v.planè, nõ loqͭ de iurõ in litẽ, sed de iurõ vitatis.qđ ẽ affectiõis. ¶ Op.s.e.de.l.j.§.itẽ si ita.Sol.ibi nõ ẽ rõ va: qa illud fit ꝓpter morã hęredis.sed hoc nõ est verũ: quia ẽ cõtra istã.l.dic vt ibi dixi. L. LXI.

ALienus fundus. Si hęres ꝓpter suam stultitiã plus soluit, legatariis non nocet.hoc dicit.& est notabilis.l.

SVMMARIVM.

1 *Creditor an teneatur cedere contra alium reum, quando unus soluit totum?*

LEX LXII.

IN.l.falcidia hoc esse seruandũ. Ista est bona.l.de qua feci magnũ festũ in materia de duob.re.&.h.d. In duob⁹ reis sociis debitũ vtriqꝫ ꝓ pte vr̃ actiuè & passiuè: in nõ sociis, ei⁹ vr̃ debitũ, q debitũ occupauerit.h.d.p istã.l.tollũͭ cõtrarietates.l.si vn⁹, in prin.s.de pac.&.l.si rẽ.§.si duo.j.de noua.quia si sunt duo rei socij, factũ vni⁹ nõ nocet alteri: quia perinde est ac si singuli stipulati essent: & ideo factum vni⁹ nõ nocet aliis.sed si nõ sunt socij: tũc vni⁹ factũ põt aliis nocere: quia vn⁹ põt totũ occupare: vt hîc. Itẽ aliud in.l.j.C.de duo.re.vbi diciͭ ꝙ si vn⁹ ex duob⁹ reis exigit solidũ, debet alteri cedere: al's põt alter partẽ suã à correo petere, est ne istud verũ? Certè p istã.l.debet distĩgui ꝙ si sũt socij: vel ex cã onerosa sunt duo rei.sed si sunt socij ex cã lucratiua: tũc totũ ẽ ei⁹

1 q occupat, vt hîc. Et p †istã.l.determinabiͭ illud quod dixi de cessiõe.an si vn⁹ soluit insolidũ teneaͭ.scilicet creditor cedere actionẽ cõtra aliũ: est verũ quòd debet cedere qñ sunt socij.vel duo rei ex cã onerosa.secus si ex cã lucratiua ꝓmiserũt: quia tunc pro se solũ soluit: & quia si insolidũ soluit ei cedi non debet actio, vt hîc. LEX LXIII.

PRetia rerum. Ista est clara lex, & deberet tota scribi aureis literis.&.h.d. Res debet ęstimari cõmuni æstimatiõe, nõ ex affectione. Itẽ qui habet ius adeũdi hæreditatem, nõ diciͭ locupletior.hoc dicit.& ista est bona lex.

SVMMARIVM.

1 *Pretia rerũ uariãtur ex loco & tẽpore & caristia quæ modico tpe fuit, nõ ĩspicitur.*

2 *Valor rei qualiter probabitur?*

3 *Æstimatio frumenti præteriti qualiter probetur?*

1 Nonnullam. Iste est nota.§.h.d. †Ex loco & tpe rerũ pretia variantur: & caristia quæ modico tpe fuerit nõ

2 ĩspiciͭ.h.d. Tu vis† ꝓbare valorẽ rei: [b] qualr ꝓbabis? Vide gl.& gl.melior

b est in.l.ij.C.de rescin.ven.ista gl.nõ bene tex.declarat: tñ ex illa gl.sũpta occasiõe debes scire quòd qñqꝫ tractaͭ de æstimatione vni⁹ fundi & rei immobilis, & tũc debet fieri positio quòd ex tali fundo cõiter tot fruct⁹ recolligũͭ. Itẽ ꝙ ĩ dicta cõtrata fũd⁹ tãti redit⁹, tãti valoris ẽ. Istud ꝓbaͭ ĩ.l.si fũdũ p fideicõ.in prin.s.de leg.j.&.l.pe.s.de reb.eo.põt ẽt facere articulũ magis gñalẽ, ꝙ talis fundus cõi ęstimatiõe tm̃ valet, & tm̃ cõiter vẽdereͭ.qñqꝫ tractaͭ de ęstimãda re ex qua fructus nõ pcipiunͭ.vt de aliqua specie, vt de libro vel scypho, & de istis nõ est dubiũ ꝙ debet fieri positio, & ęstimatio hoc mõ, ꝙ tm̃ valeat quãtũ vẽdi põt, & tm̃ vẽdi potuisset in tali loco dicto tpe, & hoc dico p istũ tex.qa ex tpe & loco p̃tia rerũ varianͭ. Debes ergo limitare

go limitare dictũ tuũ in tali loco,& tali tpe ꝑ istã.l.& ꝑ.l.si seru⁹. š.de cõdit.
fur.Hoc est verũ qđ res tm̃ valet quãtũ vẽdi põt hoĩ scienti qualitatẽ rei,vt
l.mortis cã capim⁹.in fi.j.de do.cã mor.facit.l.si quos.C.de rescin.vẽ.Et iõ
tu aduocate alteri⁹ partis,qñ fiũt positiones quòd talis res valet tãtũ:facias
positiões de qualitatibus latẽtib⁹ in ipsa re,vt qa est sterilis vel emphyteu-
tica:quia si hoc sciret:min⁹ emeret.vel debes te referre ad tps:& sic dices ta
li die valuit tm̃ & añ & post ꝑ multos annos:qa si tm̃ poneres tali die:tunc
2 esset paruũ tps,cui⁹ ęstimatio nõ attẽdit.¶ Quęro† qualr ꝓbabit ęstima-
tio frumẽti ꝑteriti?Et gl.in.l.ij.C.de rescin.vẽ.dicit quòd est clarũ q̃tũ po-
terat vẽdi illo tpe & antè & post.nõ restringas te ad modicũ tps.s.ad vnũ
diẽ,sed dic añ & post.¶ Procedo & q̃ro de loco.in foro publico corbis nõ
põt vẽdi nisi duab⁹ libris,in domib⁹ ꝓprijs qlibet põt vẽdere q̃tũ vult.tu
facias positionẽ ꝙ ĩ ciuitate Perusij poterat tm̃ vẽdi & cõstat quãtũ domi
& q̃tũ in foro publi.vt.C.de ero.mil.an.l.vij.dieb⁹.&.l.specieb⁹.de cohor-
ta.lib.xij.& ideo do tibi consiliũ quòd in specieb⁹ facias mẽtionẽ quòd tan
tùm vendi poterat in foro publico.

LEX LXIIII.

SI in testamento. Quod ꝑ fal.diminuit debet le-
gatario ꝑstari,si testõr hoc vo-
luit.h.d.& sic.l.Sei⁹ & Augeri⁹.q̃ dicit ꝙ nõ põt ꝓhiberi fal.est
vera si expssè ꝓhibet.sec⁹ si ꝑmittit.& illud quod detrahit nõ
remanet penes hæredẽ ex volũtate testõris.¶ Op.š.e.de.l.quod de bonis.
in prin.&.§.j.Glo.so.primò & nõ bñ.sile no.ĩ.l.ex asse.š.e.& ibi reprobaui
vobis so.gl.Scđ'ò soluit gl.& bñ.& illã tene.& illud qđ gl.dicit ĩ fi.ĩtellige
ꝙ oneraret alios ꝓ cõtributione facta non insolidũ,vt.l.in singulis.j.eo.

LEX LXV.

SI fundus. Põt eẽ rõ:qa in fundo cadit affectio,vt.l.& si
equo.š.de leg.j.sed in nũmis non cadit affe-
ctio,vt.l.nũmis.š.de in lit.iur.dicit hìc ꝙ iste patit falcidiã.con-
trà de.l nesenni⁹.in prin.š.eo.Rñ.ꝙ hìc dicit si hęredi dedisset:
põt intelligi aliter,scilicet hęredi nõ ei à quo legat⁹ est fund⁹.vel aliter dico
ꝙ patit fal.ipso iure sed tuet se exceptione doli,vt.d.l.nesennius.š.eod.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ultra quingentos aureos sine insinuatiõe ualet,si detracta gabella remanẽt tantum quingenti.*

LEX LXVII.

1 QVoties. Iste est no.casus ĩduco ad.q.vos scitis ꝙ† de iu-
re cõi donatio q̃ ascẽdit vltra quingẽtos aureos
nil valet sine insinuatiõe.sed vsq; ad qngẽtos aureos valet.vt.l.
sancim⁹.C.de dona.mõ tu donas mihi vltra quingentos aureos:
sed detracta gabella nõ restãt quingẽti aurei.q̃ro an valeat donatio sine in-
sinuatiõe?Hìc est arg.ꝙ sic:qa debet detrahi & videri illud quod remanet.

SVMMARIVM.

1 *Legatum usufructus factum alicui quanto tempore duret ut possit fieri æstimatio? idem in alimentis.*
Ciuitates Tusciæ tempore Henrici Imperatoris amiserunt ius usufructus.
2 *Aetates quot sint remissiuè.*
3 *Legatis alimentis pro quanto tempore præstantur?*

LEX LXVIII.

HAEreditatum. Ista est singl'aris lex & nõ habet
sibi parem.¶ Op.primò de seip
sa ad seipsam de prin.ad.§.& circa.so.aliud est in alimentis &
aliud in vsufr.& rõnẽ diuersitatis ponit gl.¶ Opp.vlteri⁹ de eo
quod habuistis ĩ.l.cũ Titio.š.e.Sol.dicũt qdã,ibi loquit in cõputatiõe fiẽ
da quo ad cęteros legatarios:hìc quo ad ipsum legatariũ cui sunt alimenta
relicta vel vsufructus.& hãc tenet gl.in.l.lex fal.si interueniat.š.e.Gl.hìc
tenet cõtrariũ.& vide gl.q̃ ĩcipit,si q̃rat quãtũ &c.& idẽ tenet hìc alia glo.
super ꝟ.vlpi.ait.& ĩcipit,malè ibi.& scđ'm hoc sibi & alijs &c.& istã puto
verã.Ad.l.cũ Titio.rñdeo ꝙ hìc loquit in legato alimẽtorũ:ibi in vsufru.q
cohęret persone.& ideo nõ põt fieri illa ęstimatio q̃ ibi reqrit,licèt cõmodi
tas possit vẽdi.Recurrat ergo ad distinctionẽ hui⁹.l.¶ Op.de.l.in.l.fal.non
hr.š.e.Sol.gl.ibi in legato simplici.& bñ.¶ Op.š.e.l.iij.ĩ fi.Sol.ibi in legato
ãnuo facto reip.hìc in legato vsufruct⁹.& qñ relinquit vsufruct⁹ certę rei,
nõ põt deueniri ad rẽ de qua ibi loquit:iõ deuenit ad æstimationẽ.¶ Op.
